Scire debes ꝙ egritudinū plīme quattuor habent horas. horam principij ⁊ horā augmēti ⁊ horam status ⁊ horam declinationis. Que vero extra istas sūt de horis sunt sanitas Cūqꝫ dicimus horam pricipij ⁊ horam augmēti non volumꝰ intelligi duo extrema in qbus egritudinis nō manifestet̄ dispositio: s̄ꝫ ꝙ vnūqꝺqꝫ eoꝝ habet tēpꝰ ꝑceptum sensu ꝙ ꝓꝑꝛ habet iudiciuꝫ. Et hora qdem principij est tempus in quo egritudo appet ⁊ eius sit̄antur dispositōes: ⁊ nꝫ apparet in ea augmētum eius. Et hora augmēti est tēpus in quo egritudinis manifestat̄ ꝯstrictō omni hora post horam. Et hora status est hora in q̄ egritudo in omnibus suis ptibꝰ s̄m vnam manet dispositōem. Et hora declinātōis est tp̄s in quo eius apparet diminutio ⁊ q̄ꝫtuꝫ plus ꝓcedit eius minoratio est magis manifesta. Et he qdem hore qn̄qꝫ attendūtur s̄m egritudinem a ꝑncipio eius vsqꝫ ad finem eius in suis paroxismis et vocantur hore vl'es: Qn̄qꝫ ꝯsiderant̄ s̄m vnūquemqꝫ paroxismū ⁊ vocātur hore ꝑticulares.

Capl'm. viij. ad ꝯplemētū sermonū de dispositōibꝰ egritudinū.

Egritudies m̄ltis modis sortiunt̄ noīa. aut a mēbris i qbꝰ sūt: sicē illa q̄ ē lateris ⁊ illa q̄ ē pulmonis: aut a suis accn̄tibꝰ: sicē epilepsia: aut a suis cāis. sicē diciꝰ egritudieꝫ melicā: aut a sui silitudine: sicē dicimꝰ egritudieꝫ leoninā ⁊ egritudinē elephanticam: aut ꝯpate ei cui prio accidisse dicitur sicē dicimꝰ vlcera balchie: aut ꝯpate ei cuius fama fuit ꝙ medicādo eas curabat: sicē dicimus vlcera charonie: aut sui sb̄a ⁊ essentia: sicut dicimus febris ⁊ apa. Inqt. G. egritudies aut sūt manifeste que sensu cognoscūt̄: aut sunt occulte q̄s facile est cognoscē: sicē dolores stōi ⁊ pulmōis: aut q̄s difficile ē cognoscē: sicē egritudies ep̄is ⁊ cānaliū pulmōis: aut nō ꝯphense nisi cū estiatōe: sicē egritudies q̄ vijs accn̄t vrīe. Egritudies quoqꝫ ē cū sunt ꝓꝑe ⁊ ē cū sit s̄m societatem. Et mēbꝝ qdeꝫ alij mēbro i egritudīe suo associatur: aut qꝛ nā sunt ꝯtinua int̄ q̄ aliq̄ ꝯtinuātur instr̄a. sicē cerebꝝ ⁊ stomachꝰ ꝓpt̄ ꝯtinuitatē neruoꝝ int̄ ea: aut matrix ⁊ mamille ꝓpt̄ ꝯtinuitatē venarū int̄ illa aut qꝛ vnū ē via alteriꝰ: sicē iguina epatis cruris. Aut qꝛ sunt vicina sicē pulmo ⁊ cerebꝝ. Omne enī mēbꝝ ꝙ alteri associat̄ ⁊ ꝓprie cū vnū eorū alteri vicinuꝫ debile fuerit socij sui recipit supfluitates: sicut ascelle cordis: aut qa vnū est ꝑncipiū ⁊ radix oꝑatiōis alterius sicut diaphragma pulmonis i attrahēdo aerē: aut qꝛ

vnū fuit alteri: sicut nerui cerebro: aut q2 alij ītio mē
bro associāt: sicut cerebrū associat reni, ꝓptēa ꝙ vnum
qđq3 coꝝ associat epati. Et est cū societas ꝑuenit ad
casū quēadmodū cerebꝝ cū egrotat ⁊ associat ei sto
machus. debilitat enim tūc eius digō ⁊ mandat ipi
stomachꝰ vapores malos ⁊ nutrimētū nō digestū
⁊ auget ipiꝰ cerebri egritudiē: ⁊ sic ex hac egritudie
ꝑueniūt patiētes ad durabilitatē ⁊ circuitōez. Cō
poꝝ vō ordines int̄ sanitatē ⁊ egritudiē sunt sex.
Corpꝰ qđ ē in vltimo sanitatis. Et cōpꝰ qđ ē sanū
n̄ in vltimo. Et corpꝰ qđ est nec sanum nec egrū
quēadmodū dicūt. Et corpꝰ egrotatiuū qđ egritu
dinē cito recipit. ⁊ corpꝰ egri q ꝑuaꝫ habet egritudi
nem. Et corpꝰ egri q hꝫ egritudinē in vltio. Oēs
vō egritudines aut sunt sanatiue aut nō sanatiue.
Et sanatiua qdē egritudo ē que nō habꝫ qđ ꝓhibe
at qn medicet̄ ut dꝫ. nō sanatiā vō ē cū q̄ ē aliqđ ꝓhi
bēs: ⁊ nꝫ ɔcedit̄ medico ut medicet̄ sic dꝫ: sicut do
lor capitis si fuerit cū eo reumatismū. Et est tibi
sciēdū ꝙ egritudo ꝓporcionat̄ ɔplōne etatis ⁊ tēpo
ris est minoris tioris ea q̄ eis nō ꝓporcionat̄. Nō. n.
accidit hec nisi ꝓpt̄ cause eius magnitudi eꝫ Debes
autē scire ꝙ q̄daꝫ egritudinū sūt q̄ ad alias mutant̄
egritudines ⁊ destruūt ipse: ⁊ in hoc ɔsistit bonitas
⁊ ē vna egritudo alterius egritudis medicamētū sic
q̄rtana ex qua m̄lotiēs sanat̄ epilepsia ⁊ podogra ⁊
varices ⁊ articuloꝝ dolores. Et qdā etiam sanant̄ a
spasmo ꝓpt̄ scabiē ꝓruritū ⁊ bothor: vēter quoq3
silr̄ sanat̄ ꝓpt̄ oculoꝝ egritudiē. Et lyenteria sanat
apostema lat̄ie. Et silr̄ ani venaꝝ aptio oībꝰ ɔfert me
lancholicis egritudibꝰ ⁊ doloribꝰ scie: ⁊ doloribus
renū ⁊ matcis. Et ē cū egritudines in alias mutātur
egritudines ⁊ ꝓpt̄ hoc fit dispō maioris malitie sic
cū mutat̄ apā lat̄is in apā pulmonis. ⁊ sicut cū mu
tatur phrenesis i lethargiā. Et est p̄terea ex egritu
dinibus q̄daꝫ q̄ de vno ad aliū trāsit sicut lepra ⁊ sca
bies ⁊ variola ⁊ febris pestilētial̄ ⁊ apāta putrida:
⁊ ꝑcipue cū domꝰ stricta fuerit: ⁊ silr̄ cū vicinꝰ fuerit
sub vēto: ⁊ sicut opthalmia ⁊ ꝑcipue ei q oculꝰ eiꝫ in
tuetur: ⁊ sicut ɔgelatio cum imaginat̄ aliqs ꝙ aceto
siꝫ illud ꝓpetur: ⁊ sicut ptisis ⁊ albaras. Et sūt egri
tudinū q̄daꝫ q̄ in semie hereditāt̄: sicut albās alba
⁊ tinea nālis ⁊ podogra ⁊ ptisis ⁊ lepra. Et sūt egri
tudinū q̄daꝫ q̄ sunt gnāles q̄ sūt alicui gēti ꝓpe: aut
in aliq̄ regione morātibus: aut in eis multū abūdāt
Debes ꝑterea scire ꝙ mēbroꝝ debilitas ɔplōnum
sequit̄ malitiā ⁊ solonē fabricatōis.

Doctrina secūda fen scđe. Cuiꝰ sunt due sūme.
Sūma. i. ē de rebꝰ q̄ accn̄t ab vnaquaq3 causaꝝ
cōmunium. Cuiꝰ sunt. xix. capitula.

Caplm̄ p̄mū est verbum vniuersale de causis.

C Ause dispositōnuꝫ corpis q̄ꝝ iā p̄misi
mus variatōez. s. sanitatis ⁊ egritudis
⁊ dispositionis q̄ inter eas media existit
tres an̄cedēte ⁊ p̄mitiue ⁊ ɔiūncte. An̄
cedētes vō ⁊ ɔiūcte cōicant in hoc ꝙ ambe sunt res
corpee. s. hūorales aut ɔplōnales aut ɔpōnales.
Primitiue vō sunt que extra corpis existunt sub
stantiam aut ex parte corpoꝝ extrinsecoꝝ: sicut ꝙ ex
verberatiōne accidit ⁊ ex caliditate aeris ⁊ ex cibo ca
lido ⁊ frigido q̄ corpori aduenīunt: aut ex parte aīe.
anima enim aliud est a corpore sicut quod accidit
propter iram ⁊ timorem ⁊ similia. Et cause quidem
antecedentes ⁊ p̄mitiue cōicant in hoc ꝙ inter eas
⁊ dipositiones quas nominauimus aliqđ existit me
dium. Et cause p̄mitiue ⁊ coniūcte q̄nq3 cōicant i
hoc ꝙ int̄ ipsas ⁊ iter p̄dictas dispōes nō intuēit me
dium Antecedētes vero cause a coniunctis diffe
runt eo ꝙ cum causis antecedentibus non aduenit
dispositio: sꝫ inter eas alie existunt cause: q̄ sunt dis
positioni propingores antecedentibus. Et cause
antecedentes differunt a p̄mitiuis in hoc ꝙ ipse s̄t
corpales: ⁊ inter antecedētes ⁊ inter dispositionem
proculdubio interuenit mediū: sꝫ in causis p̄mitti
uis non est hoc necessariū. Cause quoq3 ɔiuncte
a p̄mitiuis differunt in hoc ꝙ sunt corpales: ⁊ etiā
ꝙ inter cās ɔiunctas ⁊ inter dispositionē non est me
dium. In causis vero p̄mitiuis non est hoc neces
sarium: immo due res in eis sunt possibiles. Cau
se ergo antecedentes sunt cause corporales. s. hūores
aut ɔplōnales: aut ɔpōnales. Et ipse qdem sunt ex
quibus aduenit dispō non p̄mo aduentu: sed adue
nit ex eis aliquo mediante. Et cause ɔiūcte sunt cau
se corpales ex quibꝰ dispositiones ꝑueniūt p̄mo ad
uentu. s. absq3 medio. Et cause p̄mitiue sunt cause
non corpales ex qbus ꝑueniūt dispositiones aduē
tu p̄mo aut non primo. Exemplum causarum ante
cedentium est replō febris ⁊ replō receptaculorum
oculi vt aqua in ipm̄ descendat. Exemplū causaꝝ
ɔiunctaꝝ est putredo febris ⁊ humor q ad foramen
descendit opilationis ⁊ opilatio cecitati. Exēpluꝫ
cāꝝ p̄mitiaꝝ ē cal̄itas solis aut fortitudo aut tristicia
aut vigilia: aut comedē rē calefaciētē sic allea: ⁊ hoc
tm̄ febri aut ꝑcussio dilatatōi ⁊ descēsui aq̄ ad oculū
Oēs aūt cāe aut s̄t cāe ꝺm essētiā. sic pip cū calefacit ⁊
opiū cū i ffrat. aut sūt cāe ꝺm accn̄s sic aq̄ f̄ra cū cale
fac ꝑpea ꝙ ispissat cuti ⁊ tꝫ cal̄itatē ⁊ aq̄ cal̄a cū i ffrat
ꝑpea ꝙ r̄soluit. ⁊ sic scamōea cū i ffrat: iō ꝙ hūorē ex
pellit calefacientem. Non ois vō cā q̄ corpi aduēit
in ipsum opatur: immo p̄t̄ hoc tā sunt ncc̄ria. for
titudo. s. vtuꝫ agētis: ⁊ fortitudo vtuꝫ cōpis ꝑpatie
⁊ politas ꝑmittēdi vnuꝫ tāgere aliud tāto tēpe vt in
tali q̄le illud possit ex vno ꝓuenire: opatio i aliud.
Est aūt cū cārū dispositiōes diuersificant̄ in eo qđ ꝓ
uenit ex eis. Est enī cū ex cā vna in corpibꝰ diuer
sis diuerse ꝓueniūt egritudines: ⁊ ē cū eiꝰ opatio di
uersificat̄ in debili ⁊ forti: ⁊ fortis sensus ⁊ debil̄ sen
sus. Causaꝝ ꝑterea alie sunt que sūt vicarie. alie q̄
non. Et vicarie qdem sunt quaꝝ cū sepant̄ remanet
affectio. Nō vicarie vō sunt ex q̄rū sepatiōe ꝓuenit
sanitas. Dicemꝰ etiā ꝙ cāe q̄ mutant dispositiōes
corpis: ⁊ ille q̄ ɔseruāt aut sūt necessarie a qbꝰ ipossi
bile ē hoīeꝫ egredi in toto tpe sue vite: aut nō neces
sarie. Et necessariaꝝ qdē sex sūt gnā. Genꝰ aeris cir
cūdātis: ⁊ genꝰ eiꝰ qđ comedit̄ ⁊ bibit̄. ⁊ genꝰ motꝰ
⁊ quietis corpei. ⁊ genꝰ motuū aialiū: ⁊ genꝰ sōni ⁊
vigilie: ⁊ genꝰ euacuatiōis ⁊ rectitudinis. De gnē er
go aeris est nobis ꝑus loquēdū.

Cap. ij. ē de affectiōe aeris q circūdat corpa.

Er ē elemētū nr̄oꝝ corpoꝝ ⁊ spūuz: ⁊ ꝑter
hoc ꝙ ē elemētū nr̄oꝝ corpoꝝ ⁊ spūuz: est
a
etiā emanatio nr̄is adueniēs spiritibus: ⁊ est causa
meliorationis eoꝝ nō tm̄ sic elementū: sed etiā sic faci
ens. s. tēpans. Iā aūt declarauimus in his q ꝓcesse
rūt quid velim⁹ intelligi cū spūm dicimus. nō enim
dicere volumus illud quod phi aiam vocant. . Et
hoc qdē tpamētū qd ex aere nr̄is aduenit spiritib⁹
ex duab⁹ pēdet opatiōib⁹ q sūt mūdificatio ⁊ euē
tatio. Euētatio vo ē tpamētū ꝯplexiōis spūs cali
di cū supfluit ꝓpt ꝯstrictionē ⁊ ſm plim ⁊ ꝓpt aliud
scz tpamētū qd sit tpamētuz relatiuū quod sciuisti.

Et hoc qdez tpamētum attribuit nobis aeris at
tractio a pulmone ⁊ a poris euētatione pulsus qui
sunt cū arterijs ꝯtinui. Aer aūt q nos circūdat val
de ē frigidus i ꝯplexiōe ꝯpositiōe spūs innati quāto
plus ꝯplexiōis q accidit ꝓpt ꝯstrictionē. Cūqz aer
ad ipm ꝑuenit impellit ipm ⁊ miscet cū eo: ⁊ prohi
bet ipm ad igneitatē ꝯuertat ꝯstrictiuaz ex qua ipse
ad malitiā ꝑuenit ꝯplexionis ꝑ quā remouet a pre
paratiōe ad effectiones recipiēdū animales in se q
est causa vite ⁊ ad resolutionē suemet substantie va
poralis hūide. Mūdificatio vo ē ꝓpter societa
tem ipsi⁹ quādo reuerti facit anhelit⁹ illud qd ei at
tribuit vtus sepatiua ex vapore fumoso: cui⁹ cōpa
ratio ad spūm est comparatio humoris superflui
ad corpus cū aer expellit. Tempamentū ergo eius
est ꝓpterea qd spiritui aduenit aer cū attrahitur et
mundificatio est propter eius exitum cum expellit.

Aer enim qui attrahitur in primis cum ingredi
tur ad temperandum necesse est ut sit in effectu frigi
dus. sed postq̄ conuertitur ad qualitatem spiritus
propter calorem longitudine more destruitur eius
iuuamentum ⁊ nō indiget eo ⁊ est aer nouus neces
sarius qui ingrediat ut illi alteri⁹ suppleat vices.
Oportet igitur necessario ut egrediat ad hoc ut suo
vicario locū euacuet: ⁊ ut fumose superfluitates sbe
spūs cum eo expellantur. Et aer quidem dum est
temperatus ⁊ clarus: neqz substantia extranea com
plexioni spiritus cōtraria ei admiscet est sanitatem
efficiens ⁊ ipam conseruans. Et cū mutat sue ope
rationis cōtrariū operat. Aeri ꝑterea accidūt mu
tationes naturales ⁊ mutatiōes nō naturales ⁊ mu
tationes cursū egrediētes naturalē ei cōtrarie. Na
turales vo mutationes sūt mutatiōes temporales
quoniam in vnoquoqz tempore ad aliam conuerti
tur complexionem.

Caplm. iij. de naturis tempoꝝ.

Ebes āt scire ꝙ tpa ista q sūt ſm medicos
d
alia sunt ab eis q sunt ſm astronomicos.
Quatuor nāqz tpa ſm astronomicos sūt
mutatiōes sol' in vnaqq̄z q̄dra circuli signoꝝ a pū
cto incipiētes vernali. Scdm medicos vo ver in
terris tpatuis ē tps in quo nō tm̄ sūt necessarie res
calefaciētes ꝓpt frig⁹ ut inde sit multū curādū. neqz
euētatio ꝓpt calorē. Et in ipo qdē est ꝑncipiū sūdē
di arbores. Et ei⁹ tps ē tps exn̄s int' eq̄litatē verna
lem aut ipam paꝝ donec sol sit in medio thauri. Et
autūnus ē huic opposit⁹ in talib⁹ q̄les sūt nr̄e t're.
In alijs vo terris ē possibile ut ꝓcedat ver ⁊ tardet
autūnus. Et estas qdē est totū tps calidū. Et hyēs
totū tps frigidum. Unumquodqz igit duoꝝ tem
poꝝ veris ⁊ autūni ē magis breue ſm medicos q̄z
vnūquodqz duoꝝ tempoꝝ estatis ⁊ hyemis. Et
hyems quidem ē tēpus estati oppositū: aut minus
eo: aut maius eo ſm t'ras. Et vr̄ ꝙ ver sit tēpus flo
rum ⁊ initiū pomoꝝ. Et autūnus tps mutatiōis co
loris folioꝝ ⁊ ꝑncipiū casus eoꝝ. ⁊ qd est preī istud
est hyems ⁊ estas. Et dicem⁹ ꝙ veris cōplexio ē
temperata neqz ē sicut qdā existimāt calida ⁊ humi
da. certificare vo istud multa inuestigatiōe ē in ꝑte
nālis phie. credere aūt debem⁹ ꝙ ver ē tempatum.

Et estas ē calida ꝓpterea ꝙ sol oppositiōi capitū
est ꝓpinquus ⁊ fortitudo existit radij q ab eo ꝓfluit
qui imaginat ꝯuerti retro in estate aut sup angulos
valde acutos: aut sup seipm in lineis in quib⁹ pene
trauit. ⁊ ꝓpterea inspissat radius. hui⁹ vo cā ꝑ cer
to existit eo ꝙ casus radij solis ali⁹ ē qui est sic casus
axis colūne ⁊ piramidis sic si a cētro corporis sol'
penetret ad illud qd ē ei oppositū. Ali⁹ ē q est sic
supficiei ⁊ circūferētie: aut q ē ꝓpinqu⁹ circūferētie
⁊ ei⁹ qdē vt⁹ existit i axe eo ꝙ ipressio aduenit. ei ab
oib⁹ extremis. ille vo q ē in ꝑte extremoꝝ ē magis
debil'. Nos aūt i estate sum⁹ cadētes in axe aut cir
ca ipm: ⁊ ꝑdurat hoc tps sup nos q in istis morant
latitudinib⁹. Et i hyeme sum⁹ circa circūferētiam.

Ideoqz i estate lumē existit magis splēdidū lz spa
ciū qd ē a nr̄o loco ad locū sol' sit lōgi⁹ cū sol circa
suā existit augez. Isti⁹ vo lōgitatis ⁊ ꝓpīqtatis
ꝯparatio i ꝑte astronomica ꝑtis disciplinal' phie dcla
rat ⁊ certificatio fortitudinis caloris ⁊ fortitudinis
luminis mōstrat in ꝑte nālis phie. Et estas ꝑter h
ꝙ ē cal'a ē etiā sicca ꝓpt resolutionē hūoꝝ q fit i ea
a multa cal'itate: ⁊ ꝓpt resolutionē sbe aeris ⁊ ipius
silitudinē cū nā ignea: ⁊ ꝓpt paucitatē ei⁹ qd cadit i
ea de rore ⁊ pluuia. Et hyēs qdē f'ra ē ⁊ hūida ꝓpt
haꝝ cāꝝ ꝯ'ia. In autūno vo iā calor diminut⁹ fuit
⁊ f'ritas nōdū ꝑuenit ad ꝯplemētuz. Et sil'e existit
ꝙ iā i medio stam⁹ lōgitudinis q ē int' axē quā noīa
uim⁹: ⁊ int' circūferētiā ꝓpīqu⁹: igit existit tpamēto
qd int' cal'itatē existit ⁊ f'ritatē. Int' hūiditatez aūt ⁊
siccitatē nō existit tpat⁹. Quō. n. hoc eēt cū sol iā
siccauerit aerē ⁊ nōdū acciderit exsiccās hūectātib⁹
qd sit exsiccatiōi cāe exsiccātis oppositū. Dispositio
quoqz q ē ad ifrigidādū nō ē queadmodū ea q est
ad hūectādū: qm̄ ꝯuersio q ē ad ifrigidādū ē leuis:
sz ꝯuersio q ē ad hūectādū n̄ ē tā facil': neqz ēt ꝯuer
sio q fit ad hūiditatē ꝓpt frig⁹ sic ꝯuersio q fit ad sic
citatē ꝓpt calorē. Cōuersio nāqz q fit ad siccitatē ꝓ
pter cal'itatē ē facil': qm̄ q̄libz cal'itas exsiccat: sz nō q̄
libet f'ritas hūectat: imo plerūqz q̄libet caliditas fo
tior ex'stit i hūectādo cū mām inuenit ꝙ si q̄libet fri
giditas i eodē. q̄libet. n. caliditas euaporatiōez fac
⁊ nō resoluit. sz q̄libet f'ritas n̄ ispissat ⁊ ꝯstrigit ⁊ ad
iuuat. Ideoqz n̄ ē dispō q faciat remanē ver i hūidẏa

ere hyemis sic ē dispō q̄ facit remanēꝛ autūnū in sicci tate estatis. Ueris eni hūiditas tꝑaꝛ in tāto tpe ꝑꝑ calitatē in quāto nō tꝑaꝛ siccitas autūni ꝓpꝛ ffiditatē: ⁊ vꝛ ꝙ hūectatio ista ⁊ exsiccatio silr̄s sint opationibꝰ habituꝰ ⁊ ꝑuatiōis ⁊ nō duoꝝ ꝯrioꝝ opatiōibus. Exsiccatio nāq3 in hoc loco nō ē nisi sbe hūide destructio. ⁊ hūectatio nō ē sicce sbe destructio. sed sbe humide acq̄sitio. cū enim hoc loco dicimꝰ aerē humidū ⁊ aerem siccū nō intelligimꝰ eiꝰ formā: neq3 eiꝰ q̄litatem nālez: neq3 de hoc in hoc loco cogitamꝰ: aut multū sollicitamur. Et cū aerez dicimꝰ hūidū nō volumꝰ intelligē nisi aerē cui admixti fuerint vapores multi aquosi: aut aerē cuiꝰ spissitudo ꝯuersa fuit a silitudine vaporis aquosi: ⁊ aerē dicimꝰ siccū aerē videlz ex quo resolutuz fuit qd̄ de vaporibꝰ aquosis ei erat admixtū q̄ñ se ꝯuertit ad similitudinē sbe ignis ꝓpꝛ r̄solutionē ⁊ cū quo admixti fuerūt terrestres fūi q terre in sua siccitate similaꝛ. Suꝑfluitas igiꝛ hūiditatis hyemalis minuiꝛ ex vere ꝓpꝛ quālibet calitatē q̄ in ip̄o accidit ꝓpꝛ qd̄ sol oppositioni capitū ꝓpinquiꝰ existit. Autūni v̓o substātia nō ꝓpꝛ quālibet ffitatē q̄ in ipso accidat humectaꝛ: ⁊ cū hoc cognoscē voles ꝯsiderabis an res sicce in aere frigido tā cito hūectanꝛ q̄3 cito res humide i aere calido exsiccanꝛ postq̄3 pones frigidū i frigiditate sua: sic calidū i caliditate sua fere. Cum hoc.n. ꝯsideraueris inuenies rē inꝛ ea diuersā: lz h̄ existat res alia maior ista: ⁊ ē ꝙ hūiditas in aere calido ⁊ fr̄o simul nō ꝑmanē: nisi ꝓpꝛ emanationis ꝑmanētiā ad eas veniētis: sed siccitas indiget nulla emanatiōe. Hoc aūt ꝙ hūiditas nō ꝑmanet i corpibꝰ aeri discooꝑtis: ⁊ in ip̄o aere nisi ꝓpꝛ emanationez nō ē: nisi ꝓpterea ꝙ aer nō dꝛ eē fortis ffitati nisi ꝑ ꝯꝑationē nr̄oꝝ corpuz: neq3 eiꝰ ffitas ꝑuenit apud nos i terris hītans tāta q̄n aliquo mō resoluat: imo in oibꝰ resoluit dispositionibꝰ ꝓpꝛ illud qd̄ i eo existit de v̓tute solꝛ ⁊ stellaꝝ. Cū ergo abscidiꝛ emanatō ⁊ ꝑdurat resolutio cito aduenit siccitas. In vere aūt illud qd̄ resoluiꝛ ē plꝰ eo qd̄ euaporat. Et huiꝰ q̄dez cā ē eo ꝙ euaporationē due res efficiūt. vna ē caliditas subtilꝛ pauca i eo qd̄ ex spacio manifestū existit: ⁊ calitas fortis inꝛ ea abscōdita ex q̄ ad t̄re suꝑficiē resꝑfluit subtilꝛ. Qd̄.n. de t̄ra occultū ē in hyeme vehemēti calore calidū existit: quēadmodū i sapiētijs nāl ibꝰ ꝑ̄ncipalibꝰ declaratū fuit ⁊ ē calitas aeris pauca. Duc igiꝛ res ad hūectādum ꝯiūgūt q̄ sūt sublimatio ⁊ ispissatio: ⁊ q̄3to magis q̄3 etiā ffitas in sba ip̄iꝰ aeris opaꝛ spissitudinē ⁊ ꝯcussionē ad euaporationē. In vere aūt resolutio aeris ē magis fortis q̄3 eiꝰ euapatio ⁊ calor abscōditꝰ occultꝰ valde minuiꝛ ⁊ appꝫ ex eo qd̄ suꝑficiei t̄re aduenit subito res q̄ ē fortior q̄3 vaporās: aut res q̄ subtilꝛ existit euapationis ꝓpterea ꝙ multū suꝑat māꝫ ⁊ subtiliat ⁊ iuenit eiꝰ pauca euapatio calorē multū i aere ⁊ ꝯpleꝛ resolutio ꝓpꝛ hoc: hoc ē ꝯm plꝛm ⁊ ꝯm eaꝝ cāꝝ singularitatē absq3 alijs cāis ex q̄bꝰ he alie ꝓueniūt cāe p̄ter eas q̄s noīauimꝰ. Ampliꝰ aūt nō ē ibi mā mlta q̄ illud qd̄ fuit sublimatuz ⁊ subtiliatū restauret. Et ꝓpterea oꝫ ut nā veris trahat ad eq̄litatē inꝛ hūiditatē ⁊ siccitatē sic ē tꝑatū inꝛ caliditatē ⁊ frigiditatez: lz nō ꝓhibeamꝰ q̄n ꝑ̄ncipiū veris trahat ad hūiditatē quādā: ⁊ tū nō ē lōginquū ab eq̄litate sic ē siccitas autūni ab eq̄litate. Preterea si non iudicauerimus ꝙ in autūno sit fortis equalitas inter caliditatem ⁊ frigiditatē non erit ab equalitate longinquꝰ. eius enim partes diei que sunt ante meridiez ⁊ post sunt estiue. Aer nanq3 autūnalis est fortis siccitatis ⁊ valde aptus ad recipiendum caliditatem ⁊ cōuertit ad similitudinē igneitatis: ꝓpterea ꝙ estas ipsuz ad hoc ꝑ̄parauit: ⁊ eiꝰ nocies ⁊ eius matutina sūt frigrida ꝓpter solis longitudinem in autūno ab oppositione capitum: ⁊ ꝓpterea ꝙ subtile resolutū fortiter recipit opationē eiꝰ quod infrigidat. Uer aūt magis ē circa equalitatem in duabꝰ qualitatibus: ideo ꝙ aer ipsiꝰ nihil recipit ex causa que cause que est in autūno similis existit. s. illud quod recipit autūnus ex caliditate ⁊ frigiditate. Eius igiꝛ nox non multū longe ē a die suiipsius. Qd̄ si aliquis dixerit q̄ rōne nox autūni est frigidior nocte veris cum oporteret ut eius aer eēt calidior eo ꝙ sit magis subtilis. Respōdemꝰ ⁊ dicemꝰ ꝙ aer q est fortis raritatis citiꝰ recipit caliditatē ⁊ frigiditatē: ⁊ similiꝛ aqua fortis raritatis: iō q3 cū tu calefeceris aquā ⁊ volueris ip̄am cōgelare citius cōgelabiꝛ q̄3 frigida: ꝓpterea ꝙ frigiditas in ip̄am penetrat ꝓpꝛ eiꝰ raritatez. Corpa aūt nō tm̄ sentiūt ex frigiditate veris quātū sentiunt ex frigiditate autūni eo ꝙ corpa in vere sūt exeūtia a ffitate ad caliditatē ꝯsueta in frigiditate: ⁊ in autūno sūt ad hoc ꝯria: lz autūnꝰ ad hyemē tēdat: ⁊ ver ab eo recedat. Et ē tibi sciēdū ꝙ tēporū diuersitas facit ꝯmoueri i vnoquoq3 climate aliquē egritudinū modū. Et medicꝰ dꝫ hoc in vnoquoq3 climate cognoscē ad hoc: ut i ip̄o sint ꝯstructe custodia ⁊ regiminis ꝑ̄missio. Et etiaz cū vnꝰ dies alicui tēpoꝝ similꝛ existit ⁊ nō alij. Est nāq3 ex diebꝰ q ē vernalꝛ: ⁊ ē ex eis q ē estiualꝛ: ⁊ ē ex eis qui ē autūnalis q in die vna calefacit ⁊ infrigidat.

Cap. iiij. de iudicijs tꝑoꝝ ⁊ eoꝝ mutationibꝰ.

Omne tempus quod complexionez habet sanam ꝓportionale est ē conueniens: sed qd̄ malitiā complexionis habet ꝓportionale diuersificatur ab eo: sed cum multa ab equalitate egressio acciderit proportionale ⁊ non proportionale ab eo diuersificabitur: ideo ꝙ virtus debilitabitur. Unūquodq3 etiā tēpus cōplexioni egrote cōueniens ip̄ius cōtrariū est. Cumq3 duo tempora a sua egressa fuerint natura ⁊ fuerit eorū exitus contrarius: neq3 fuerit ibi superfluitas longa: quemadmodū si fuerit hyems meridiana ⁊ superuenerit ei ver septētrionale: erit aduentus secundi super ꝑ̄mū conferens corporibus ⁊ ip̄iā temperans eo ꝙ septētrionalitas veris est opposita meridionalitati hyemis: ⁊ similiꝛ si hyems valde sicca fuerit ⁊ ver fuerit valde humidū: tunc ver hyemis siccitatē tꝑabit: et si humiditas non fuerit multa neq3 prolongabitur tpe multo non mutabit illud eius tēperamētum in

humectatóe impediētē. Mutatio preterea tēpis in quo tēpore ē minus afferēs mortalitatē ꝙ̄ eius mutatio in multis tēporibus.s.mutatio adducens mortalitatē: ⁊ non ē mutatio emendās illud quod prima attulit mutatio sicut diximus. ⁊ ex complexionibus aeris dignior ut cōuertat ad putrefactóez est calidi ⁊ humidi aeris cōplexio. Plurimū vero ꝙ accidūt aeris mutationes est in locis diuersoruz situū ⁊ in profunditatibꝰ valliū: sed in collibus ⁊ i altis pauce ꝓpter existūt: ⁊ est cōueniēs ut sicut tpa dicunt ꝑueniant ut sit estas calida ⁊ hyems frigida ⁊ similiter vnūquodqꝫ tēpus. Qđ si plerūqꝫ non ita fuerit erunt cause malarū egritudinū. Annus preterea in quo oia eius tpa ſm vīa eueniunt qualitatez annus ē malus quēadmodū si totus annꝰ fuerit humidus: aut siccus aut calidus: aut frigidus. Annꝰ enī qui est sic est multarū egritudinū sue qualitati ꝓportionaliū quarū tempora postea erūt ꝓlixa. vnū nāqꝫ tempꝰ multū cōmouet egritudinē sibi ꝓportionalē quāto magis totus annus. Tēpus.n. frigidū cū corpus inuenit phlegmaticū cōmouet epilepsiā ⁊ palisim ⁊ apoplexiā ⁊ torturā ⁊ spasmū ⁊ silia. Et tēpus calidū cū inuenit corpus colericū cōmouet materiā ⁊ febres acutas ⁊ aꝑata acuta quātomagis si totus annus ſm vniꝰ tpis nām incedit. Amplius cū cito ꝓuenit hyems cito hyemales aduenīunt egritudines, ⁊ cū cito prouenit estas cito estiue aduenīūt egritudines: ⁊ mutātur egritudines q̄ erāt ante ſm iudiciū tpis. Cūqꝫ aliqđ ꝓlongaꝭ tēpꝰ multe eius fiūt egritudines: ⁊ ꝓprie estas ⁊ autūnus.
Debes aūt scire ꝙ effectus mutationuz tēporꝝ non sūt ꝓpter cām tpis vnde est tempus: sed ꝓpterea ꝙ cū eo mutata qualitas magnā efficit opatóem i mutationibꝰ dispositionū: similiꝭ quoqꝫ s: aer i vna die mutaꝭ de caliditate in frigiditatē mutabūtur ſꝫ eas cōpa. Et in tpibꝰ quidē sanius existit: ut sit autūnus pluuiosus ⁊ hyems tpata nꝫ sit nō frigiditatez hn̄s: nō tn̄ sit p̄urima in cōparatione regióis. Et si ver pluuiosū fuerit ⁊ estas nō absqꝫ pluuia fuerit:

c ritastud qđ sanius eē potest.

Ca.v.de aere bono.

Er bone sbe ē aer cui nō admisceꝭ ex vaporibꝰ: nꝫ ex fumis res extranea: ⁊ qui ē discoopertus celo: neqꝫ ē inter parietes ⁊ tecta constrictus. Cum vero in aere acciderit putrefactio cōis discoopertus tunc erit ipsā magis recipiēs ꝙ̄ constrictus ⁊ occultatus: aliter aūt discoopertus melior existit. Et hic quidē bonus aer ꝑmanet clarus nisi cuz eo vapores misceātur lacuū ⁊ stagnorꝝ ⁊ ꝓfunditatū aquā cōtinētiū ⁊ terrarꝝ que sunt lare: ⁊ locorꝝ vbi nascuntur olera: ⁊ precipue ubi talia quales sunt caules ⁊ eruca oriūtur ⁊ arbores viscose ⁊ arbores malarum cōplexionū: sicut sohat ⁊ nuces ⁊ ficꝰ ⁊ odōes putridi: ⁊ ꝓpter hoc nō remoueātur ab eo vēti bōi qui sufflant ex terra alta aut equali. Et aer hic nō ē retētus i terra ꝓfunda que cito calefit cū sol oriꝭ ⁊ cito ifrigidaꝭ cū occidit: nꝫ ē strictꝰ inꝭ pietes qu parꝝ ē ex quo fuerūt cōstructi cū sehergi ⁊ horꝝ silia: ⁊ nō dū integre ad siccitatē ꝑfectā ꝑueniūt: nꝫ obsistit attractioni aeris sicut qui gutꝭ stringit. Et tu quidē iā sciuisti ꝙ mutationū aeris alie sūt nāles: alie sūt nature cōtrarie: alie sunt q̄ nō sunt naturales neqꝫ extra nām. Debes aūt scire ꝙ mutationes aeris que nō sꝭ ſm nāz siue sint ei ꝯrie siue nō ꝯrie qm̄ eueniūt ſm circuitū ⁊ qm̄ nō seruāt circuitū. Ex dispóibꝰ qdez tpm saniorē vt existāt tpa ſm suā nām: qm̄ eorꝝ mutatóes afferūt egritudies:

Ca.vi.de mutatione qualitatū aerū ⁊ eis que ex tēporibꝰ ꝑueniunt.

a Er calidꝰ dissoluit ⁊ laxat. Et si eius caliditas pauca fuerit tpata tn̄ rubificabit colorē eo ꝙ sanguiez ad extiora trahit: ꝙ si multa fuerit colorē efficiet citrinū ꝓpterea ꝙ resoluit illud qđ attraxit. Ipse quoqꝫ multū efficit sudorem ⁊ minuit vrinā ⁊ digóem debilitat ⁊ siti facit. Frigidus v̄o aer cōstringit ⁊ digóez fortiorē reddit ⁊ urinā efficit multā: ió ꝙ hūores ꝯstringit ⁊ ꝑpea ꝙ i sudorē parꝝ resoluūꝭ ⁊ his silia: ⁊ minuit egestionē propterea ꝙ musculi ani se exprimūt ⁊ ió ꝙ rectuz intestinū parū obedit: vn̄ ꝓpter destructionē obediētie vie stercus nō descendit: quapp multū moraꝭ ⁊ eius aquositas in vrinā resoluiꝭ. Aer vero hūidus cutez lenit ⁊ corpus hūectat. Et siccus exsiccat cutē ⁊ denigrat corpus. Et aer turbatus tristificat aiam ⁊ ꝯmiscet hūores. Aer v̄o turbatꝰ alius ē ab aere grosso. Aer.n. grossus ē ille qui in turbatóe sui sbe sue silaꝭ. Sꝫ turbatꝰ ē ille qui cū ptibꝰ misceꝭ grossis. Duarū v̄o rerū significatio ē ꝙ stelle minute parū apparēt: et ꝙ splēdor eius qđ ex stellis fixis sicut eius qđ scintillat parū resplēdet. ⁊ eius quidez cē exūt vapores multi ⁊ fumi multi ⁊ vēti boni pauci. Nūc aūt illuz sermonē ad hanc reducemꝰ intentióem: ⁊ cōplebimus ipm cū de mutatióibus aeris qui est preī naturam tractabimu. Et omne qdez tēpus qđ ꝑuenit ſm ꝙ dꝫ iudicia habet ꝓpria. Et finis quidem cuiusqꝫ tēporis ꝑncipio tēporis qđ ē post ipm i iudicijs duorꝝ tēporuz cóicat ⁊ in egritudinibꝰ ipꝝ.
Ver aūt cum ē ſm suā ꝯplōnē est melius tēpus ⁊ est proportionale ꝯplexiōi spiritꝰ ⁊ sāguinis: ⁊ lꝫ cū sua existat eq̄litate quā nominauimꝰ: ad caliditatez tamē subtilem declinat parūper sopitā ⁊ ad humiditatē naturalē ⁊ rubificat colorē eo ꝙ sanguinē attrahit tēpate ⁊ nō ꝑuenit ad resoluēdum quēadmodū estas ꝑuenit estiualis. In vere quoqꝫ cuz mouētur egritudines chronice. facit eni humores qui sunt quieti currere ⁊ eliquat eos. Ideoqꝫ melācoliam paciētibꝰ melācolia ꝯmoueꝭ. Et ille i quo multitudo exuberat hūorꝝ in hyeme ꝓpꝭ eiꝰ gulositatez ⁊ exercitij eiꝰ ꝑuitatē fit in vere egritudinibꝰ aptus que ex illis ꝯmoueūꝭ materijs ꝓpꝭ qđ ver eas resoluit. Cūqꝫ ver ꝓlongatur ⁊ temꝑaꝭ estiue egritudines pauce fiūt. Veris aūt egritudies sūt sāguis egestio ⁊ fluxꝰ sāguis ex naribꝰ ⁊ mlie ebulitio: q̄ de nā existit colere ⁊ aꝑata ⁊ carbunculi ⁊ sināces ⁊ sūt plerūqꝫ ꝑniciose ⁊ alie exiture. Et in ipo multū ꝯtigūt venarꝝ scissure ⁊ sputū sāguinolētū ⁊ tussis: ⁊ ꝓpē in eo qđ ex ipo est hyemale ⁊ hyemi silaꝭ fiūt eorū dis-

poſitões male q̄ has hñt egritudies ⁊ ꝓpē ꝑthiſiȝ
Et ꝑꝑea ꝙ ipȝ i phlegmaticis mām phlegmatis mouet accidit i eo apoplexia ⁊ palaſis ⁊ iūcturaruȝ dolores. Ex eis vō q̄ ducūt ad hoc est aliqs fortis motus ex motib⁹ corpeis ⁊ aīalib⁹ ⁊ comeſtio etiāȝ rerꝫ calefacientiū eo ꝙ aeris adiuuat naturā. Nulla sūt res eſt q̄ ita tueat ab egritudinib⁹ veris quemadmodū phlobotomia ⁊ inanitio ⁊ diminutio comedendi ⁊ augmentū bibēdi ⁊ debilitatio pot⁹ inebriātis ⁊ ipſius diminutio ⁊ tēperamentū. Uer ꝑterea pueris ē ꝯueniens ⁊ eis q̄ ſūt circa ipſos. Hyems vō ad digerēdū ē melior ꝓpꝑea ꝙ frig⁹ caloris inati ſubſtantiā ꝯphendit. vñ fortior efficit ⁊ nō diſſoluitur. ⁊ ideo qꝛ fruct⁹ ſunt pauci ⁊ gens nō comedit niſi leuia nutriētia ⁊ qꝛ hoīs mot⁹ poſt repletōeȝ ē ꝑuus ⁊ qꝛ ad loca ingrediunt calefacientia. Ipſa quoqȝ cholerā pl⁹ debilitat q̄ȝ oīa tpa ſua frigiditate ⁊ ſui diei breuitate ⁊ ſue noctꝭ ꝓlixitate. Et ipſa ē magis ꝯſtringēs mañas. Et ipa ē pl⁹ neceſſariū aſſumē ea q̄ incidunt ⁊ ſubtiliant. Egritudinū vō hyēmalium plīme ſunt phlegmatice ⁊ in ipſa fit phlegma multū ⁊ plīmū qđ eſt in eo qđ vomitu expellitur eſt phlegma. Colores quoqȝ apoſtematū in ea ſm plurimū ad albedinē trahūt ⁊ in ipa abūdat catarr⁹: ⁊ incipit catarr⁹ cū aer autūnal' mutat quē poſtea ſequūtur apa ⁊ apa pulmonis ⁊ raucedo ⁊ dolor gutturis: deinde accidūt dolor lateris ipi⁹ ⁊ dorſi ⁊ neruorꝫ nocumēta ⁊ capitis dolor chronicus: immo apoplexia. Et hoc totuȝ ꝓpterea ꝙ materie ꝯſtringunt phlegmatice. Et qꝛ multiplicant. Senib⁹ vō nocet hyems ⁊ eis ſilr q̄ eis ſiles exiſtūt: ſed mediis iuuamētū ꝑſtat. In hyeme ꝑterea hypoſtaſis i vrina multitudo exiſtit ꝯpatiōe eſtatꝭ. ⁊ ei⁹ etiā quātitas eſt maior ⁊ minuit i ea ſāguis ⁊ auget phlegma. In eſtate vō auget cholera rubea: ſed poſtea in ei⁹ fine cholera nigra auget: ꝓpꝑea ꝙ ſubtile reſoluit ⁊ groſſū retinet ⁊ ꝯſtringit. Et inuenies ſenes ⁊ q̄ eis ſilant i eſtate fortiores. Et eſtas qdē hūores reſoluit ⁊ vtutes debilitat ⁊ opationes nāles cā multe reſolutiōis ⁊ citrinat colorē. ꝓpterea ꝙ reſoluit illud qđ ex ſanguine attrahit. Egritudinū quoqȝ tpa in ea abbreuiant. ſi eni virt⁹ fortis fuerit aerē inueniet ad reſoluēdū adiuuantē ⁊ ad egritudinis mām maturandū ⁊ expellet eā extra. Qđ ſi debil' fuerit calor aeris ei addet debilitatē ꝓpterea ꝙ laxat ⁊ deſtruet ⁊ moriet eger. Amplius eſtas calida ⁊ ſicca cito incidit egritudines: humida vero eſt maſticās: vnde ſuarꝫ egritudinū tpa prolongātur: idcqȝ plim vlcerū ad herpetē eſtiomenū peruenit. Et accidūt in ea hydropſis ⁊ lyenteria ⁊ lenitur natura ⁊ ad hoc totū adiuuant humores multi qui a ſuperioribus ad inferiora decēdunt ⁊ ꝓprie a capite. Eſtiue vero egritudines ſunt ſicut febres tertiane ⁊ ſinochus ⁊ cauſon ⁊ corporis extenuatio. Et ex dolorib⁹ dolores auriū ⁊ opthalmia ⁊ in ea multiplicantur ꝓprie cuȝ nō fuerit vētoſa heriſipila ⁊ bothor que ſunt ei⁹ nāe cuius ē ipſa. Cū vero eſtas fuerit vnalis erūt febres bone diſpoſitionis nō hñtes aſperitatē ⁊ acuitateȝ ſiccā ⁊ multiplicabitur in ea ſudor ⁊ expectabit i criſibus ꝓpterea ꝙ calditas ⁊ humiditas huic proportionantur quoniam caliditas reſoluit ⁊ humiditas laxat ⁊ poros dilatat. Cumqȝ eſtas fuerit meridionalis multiplicabuntur in ea mortalitates ⁊ egritudines variole ⁊ morbili. Septentrionalis vero eſtas eſt ſana: ideoqȝ exprimendi egritudines in ea multiplicantur. Egritudines auteȝ iſte exprimendi ſunt egritudies que proueniūt ex curſu materiei propter calorem occultū aut manifeſtum cum percutit eum frigiditas manifeſta ⁊ premit. Et he quidem egritudines ſunt ſicut reumatiſmi ⁊ que ipſos ſequuntur. Cumqȝ eſtas fuerit ſeptentrionalis ſiccā phlegmaticis confert ⁊ mulieribus ⁊ choleram habentibus rubeam accidet opthalmia ſicca ⁊ febres acute longi temporis ⁊ proueniunt ex aduſtione cholere conſtrictio: ⁊ cholere nigre exuberatio.

Autūnus vero multarū exiſtit egritudinum: eo ꝙ in ipſo homo ſub ſole calido multū incedit. deinde in nocte peruenit ad frigus ⁊ propterea ꝙ fructuum eſt multitudo qua humores fiunt mali ⁊ propter diſſolutionem virtutis in etate. Humores preterea fiunt in autumno mali ꝓpter mala cibaria ⁊ propter ſubtilis reſolutionem: ⁊ quia remanet ſpiſſum ⁊ propter eius aduſtiōem. Cumqȝ aliquis humor ebulierit propterea ꝙ natura ipſum vult expellere ⁊ reſoluit reducit ipſum frigus ad ſtringendū. Sanguis quoqȝ in autūno multum minuitur: imo ſanguini in ſua cōplexione cōtrarius exiſtit. Non ergo ad ipſum generandū iuuat. Et etiā reſolutio iā preceſſit qua eſtas ſanguinem reſoluit ⁊ ex ipſo minuit. In ipſo autē aceſcunt ex humoribus cholera rubea reſidua ab eſtate: ⁊ nigra ꝓpterea ꝙ humores i eſtate fiunt cinis: ⁊ ideo in ipſo cholera multiplicat nigra: quoniā eſtas adurit humores: ⁊ autūnus facit ex eis cinerē: ⁊ principiū quidē autūni ſenibus aliquo modo conueniens exiſtit ⁊ eius finis eos ipedit maximo impedimento. Autūni autem egritudines ſunt ſcabies que excoriat ⁊ ipetigines ⁊ cancri ⁊ iūcturarū dolores ⁊ febres cōmixte ⁊ febres quartane ꝓpter cholere nigre multitudinē. ⁊ propter illud qđ de eius operatione declarauimus: ideoqȝ i groſſatur ſplen in eo ⁊ accidit in ipſo vt vrina guttatiȝ emittatur propter illud quod veſice accidit ex diuerſitate complexionis inter caliditatē ⁊ frigiditatē. Difficultas quoqȝ accidit vrine qđ plus accidit q̄ȝ ꝙ vrina guttatim emittat. ⁊ accidit in eo lyenteria. Et hoc quidē eſt propterea ꝙ frigiditas expellit illđ qđ ex humoribus ad interiora corporis eſt ſubtile: ⁊ fit in eo ſcia: ⁊ accidit i eo ſinantia acuta cholerica ⁊ in vere phlatica: quoniam principiū cuiuſcunqȝ humoris earū eſt ex humore quem efficit temp⁹ qđ ante ipſū fuit: ⁊ in ipſo etiā multiplicat iliaca ſicca. Et eſt cum in eo accidit apoplexia ⁊ egritudies pulmonis ⁊ dolores dorſi ⁊ coxarū propter motū ſuperfluitatum in eſtate primum ⁊ poſtea cito conſtrictionem. Et multiplicantur in ipſo vermes i vētre ꝓpter debilitatem virtutis in digerendo ⁊ expellēdo,

Jn ipo ẽt ꝛ ꝓpe in sicco mĺtiplicant variole: ꝛ ꝓci
pue cũ ante ipz fuerit estas calida ꝛ i ipo etiaz multi
plicatur mania ꝓpt hũoꝝ cholericoꝝ malitiã: ꝛ qꝛ
cholera nigra eis cõmiscet. Autumnus ꝑterea est
tp̃s qḋ i pulmõe hñtib⁹ apa ẽ deterius q̃ sũt haben
tes ptisiz ꝛ ipe detegit occultũ in dispõe. cũ ante ipz
initiuz habuerit ꝛ nõ bñ manifestabat. Ethicans
quoqꝫ hñtib⁹ singularez ẽ ipe deterius tẽpus causa
sue exsiccationis. Amplius autũn⁹ ẽ sicut nutritor
reliq̃ꝝ egritudinũ estatis. Et autũnus q̃ melior ex
ꝯstit ẽ q̃ est magis humidus ꝛ pluuiosus Et deteri
or est ille qui est siccus.

Caplm. vij. de iudicijs dispõnuz anni.

C Um hyemi meridionali ver supueñit septẽ
trionale qḋ postea escas seqtur valde vapo-
rosa ꝛ mĺtiplicate fuerint aq̃ ꝛ ver ꝯseruaueñit
materias vsqꝫ ad estatẽ mĺtiplicabit i autũno morta
litas in pueris ꝛ mĺtiplicabũt i eo disẽteria ꝛ itestino
rum vlcera ꝛ tertiana nota ꝓlixa. Cũqꝫ hyẽs mĺta
rũ fuẽit aq̃ꝝ abortiẽt ille que se in vere perituras spe-
rabãt absqꝫ cã. Qḋ si peperit erit qḋ pariẽt debile
aut mortuũ aut grãdez hñs malitiã. ꝛ in hominib⁹
mĺtiplicabũtur ophtalmie ꝛ sãguis egõ. Et catarri
tũc mĺtiplicabũtur ꝛ ꝓpe in senib⁹ ꝛ descẽdet in mẽ
bra eoꝝ occultata. ꝛ qũqꝫ moriẽt morte subita: iõ q̄
vie spiritus subito ex multitudine opilantur. Et cũ
ver pluuiosũ ꝛ meridiõale fuerit ipsiũqꝫ hyemi sup
uenit septẽtrionali mĺtiplicabũt in estate febres acu-
te ꝛ ophtalmia ꝛ nãe solo ꝛ sãguis egestio ꝛ pl'iz ho
rũ oim ꝯtinget pp reumatismos: ꝛ ppea q̄ phl'a qḋ
in hyeme adunatũ fuit ad foramina descẽdet occulta
eo q̄ ipm mouebit calor ꝛ ꝓpue in hũidas hñtib⁹
ꝯplones sicut mulierib⁹: ꝛ mĺtiplicabũtur putrefa-
ctio ꝛ ipius febres. Qḋ si in aliquoꝝ estate euene-
rit pluuia tẽpore quo canis eleuat ꝛ postea ꝓuenerit vẽ
tus septentrionalis boni fiducia habebitur ꝛ resol-
uentur egritudines. Quibus autem plus nocet
hoc tempus sunt mulieres ꝛ pueri. Et qui ex eis
euaserit ad q̃rtanas deueniet propter humoruz adu
stionem: qꝛ fiunt cinis: ꝛ post quartanas proueniet
ad hydro pisim et ad dolores splenis. et ad epatis
debilitatẽ ꝓpter hoc. Jn senib⁹ autẽ ꝛ in corpe in
quo est timor frigoris est eius nocumentuz puũ. Cũ
vero estati sicce septẽtrionali supuenerit autumnus
pluuiosus meridionalis preparabũt corpa ad hoc
vt veniant in hyeme dolor capitis ꝛ cutis ꝛ raucescẽt
eoꝝ guttura ꝛ fluent: qm̃ oriza multum accidet eis

Et similiter cũ estati sicce meridionali supuenerit.
autũnus pluuiosus septẽtrionalis multiplicabitur
ẽt in hyeme dolor capitis. ꝛ post reumatismus ꝛ tin
nitus ꝛ raucedo. Et cum estati meridionali autũ-
nus supuenerit septentrionalis multiplicabũtur in
eo egritudines exp̃mendi ꝛ constringendi ꝛ iam sci
uisti hoc. Et cum autumnus ꝛ estas in hoc conue
niunt vt sint ambo meridionales humidi multipli-
cabuntur humores: et cum venerit hyems venient
egritudines exprimendi quas nominauimus: neqꝫ
est longe quin ad constrictionem et materierum cõ-
culcationem perueniatur: eo q̄ sunt multe ꝛ q̄ va-
pores non habent vnde egrediantur vt ad putridas
perducant egritudines: nꝫ fallet quin hyems sit insir
ma: propterea q̄ inueniet malas materias constri-
ctas ꝛ multas. Cum vero ambo fuerint sicci septẽ
trionales iuuabũt eum: cui nocet humiditas ꝛ mu-
lieribus: ꝛ qui est talis quales ipse sunt accident op-
thalmia sicca ꝛ catarrus lõgi temporis ꝛ febris acu
te ꝛ melancholia. Hyems autem que est frigida
ꝛ pluuiosa ardorem efficit vrine. Et cum estatis ca
liditas fortis fuerit ꝛ eius siccitas prouenient sinan-
tie pernitiose: aut non pernitiose ꝛ que aperientur:
aut que non aperientur: ꝛ ille q̃ aperientur aut erũt
interius aut exterius: ꝛ variola ꝛ mingendi difficul-
tas: ꝛ morbillus: ꝛ ambo erunt salui: ꝛ opthalmia:
et saguis corruptio: ꝛ tristicia ꝛ menstruoꝝ ꝛ sputi re
tentio: ꝛ cum post hyemem siccam fuerit ver eius sic
cum erit malum. Amplius mortalitas corrumpit
arbores ꝛ vegetabilia: ideoqꝫ corrũpuntur ex aiali-
bus que ea comedunt: ꝛ ideo homines qui eis ves-
cuntur corrumpuntur.

Caplm. viij. de accidentibus aeris impressio-
nibus q̃ non valde cursui nature ꝯtrarie existunt.

N Unc aũt dictionem complere debemus de
alijs mutationibus aeris non naturalibus
neqꝫ contrarijs nature quia ꝼm res cele-
stes ꝛ res terrestres eueniunt. Etiam quidem mu-
tas eaꝝ innuimus in narratione tempoꝝ. Ille ve
ro que res sequũtur celestes sunt sicut ea que stellaꝝ
causa accidunt. Est enim cũ multe ex stellis i vno
ꝯtinguntur loco ꝛ ꝯiunguntur soli: ꝛ ꝓuenit ex hoc
calefactio multa eis quoꝝ capita sunt ipsis opposita
aut locis que sunt circa eas. Et est cum ab opposi
tione capitum multa remouentur longitudine ꝛ mi
nuitur calefactio. Jmpressio enim rectitudinis capi-
tis i calefaciendo non est sicut impressio durabilita-
tis rectitudinis ꝛ propinqtatis. Reꝝ autem terre
strium alie sunt que sunt propter causam latitudinũ
terraꝝ. alie sunt que sunt propt altitudinem ciuitatũ
ꝛ propter eaꝝ profũditatẽ: ꝛ alie sunt que sũt proptẽ
causam montium: ꝛ alie sunt que sunt propt mariuz
causam: ꝛ alie sunt que ventoꝝ causa existunt: ꝛ alie
sunt que sunt propter causam terre. Ille autem
que sunt ꝓpter causam latitudinum: sunt q̄ si terra
fuerit que sit circa reuolutionem capitis cancri i sep-
tentrione: aut reuolutionem capitis capricorni i me
ridie: erit magis calida q̃z illa que elõgabitur ab ea
ad partem linee equinoctialis: aut ad septẽtrionem

Credere vero debent ex eo sermonem q̄ videtur
q̄ terra que est sub circulo equinoctialis dici est cir-
ca equalitatem: quoniam causa celestis calefaciens
ibi est causa vna que est solis oppositio capiti: ꝛ hec
quidem oppositio soli non magnam efficit impres-
sionem. Quod autem magnam efficiet impressio
nẽ est durabilitas oppositiõis. Jdõqꝫ calor imediate
hore octaue est maior calor q̃z i medio diei ꝛ ppea cũ
sol ẽ in postrẽo cãcri ꝛ in ꝓncipio leõis ẽ maior q̃z ẽ cũ
ẽ i fine sue ꝺcliatõis. Et iõ cũ sol a capite cancri pro

cedit ad aliud qđ est minoris declinatõis q̄z ipsum
est eius calor maior q̄z sit cū est in tanta declinatõe:
et nondū puenit ad caput cancri. In terra vero vbi
est linea eqnoctial' nõ opponit sol capiti nisi paucis
dieb⁹: sꝫ postea cito elõgat. Augmētū nāqꝫ ptū
declinatõis apud duos modos multū existit mai⁹
augmēto qđ existit apđ tropicos: imo forsasse apđ
duos tropicos nõ operabuntur motus triū dierꝫ
aut q̄ttuor aut plimū impressionē sensu perceptaꝫ:
deinde sol morat ibi in latitudine vna⁹ aut circa lon
go tēpore ⁊ incessanter calefacit: quapropt pro sen-
tentia tenendū est q̄ terre quarū latitudines sunt ꝑ
pinque declinationi toti omnib⁹ terris sunt calidio
res ⁊ post ipsas ille que ab ea in duobus elongātur
lateribus ad ptes duorꝫ polorꝫ q̄ntitate. xv. graduū

In linea vero equinoctiali nõ est calor illius sup
fluitatis quā facit oppositio circa reuolutionē capi
tis cancri in locis habitatis. Frigiditas autē in ter
ris que ad septētrionem longe sunt ab ista reuolutõ
ne est maior. Et hoc quidē est illud qđ est ꝯsideran
dum ꝫm latitudines terrarum: ita tñ vt in omnib⁹
alijs dispositionibus similes existant. Illud vō qđ
est ꝫm terre situm quãqꝫ in alto ꝯsistit loco: quãqꝫ in
ꝓfundo. Et locus quidē ꝓfūdus est calidior. Et lo
cus altus sp frigidior Illud vō qđ est circa terrā
in hoc spacio in quo sūme est calid⁹ ē propterea q̄
solis radius circa terrā fit fortior: ⁊ qđ ab eo ad ter-
ram altam elõgatur est magis frigidū. Et eius qdē
causa in parte naturalis phie ꝯtinet. Cūqꝫ ꝓfundū
preter hoc fuerit imū plus cõprehendit radiū: ⁊ est
magis calidū. Illud vero cū causa montiū existit si
est illud in quo mons existit ꝫm intentionē habita-
tionis est ingrediēs in diuisionē quā nominauim⁹
Et. i est illud qđ est ꝫm intentionē vicinitatis est id
de quo loqui nūc volumus. Dicem⁹ ergo q̄ mons
in spacio duobus operat modis: ⁊ vnus est ex ꝑte
vnde sup ciuitatē solis radios reducit: aut ipsos ab ea
tegit. Et alter est ex parte vnde ventū ꝓhibet ⁊ eius
exuberationē refrenat. Primus aūt est sicut si a pte
septētrionis alicuius regionū que sunt septētriona-
les fuerint montes: ⁊ eleuetur sup eam sol in sua re-
uolutione reflectet ipsius calefactio ad regionē ⁊ ca
lefaciet eam licet regio sit septētrionalis: ⁊ similit cū
mons est a pte occidentis ⁊ discooperitur ab orien
te. Et cū mons existit a parte orientis minus est q̄z
illud in hac intentõne. Sol nāqꝫ cū mouetur: ⁊ sup
montē illū eleuat in oī hora ab eo elongat ⁊ radij q̄
litas se minorando ꝓcedit q̄ ab ipso sole ad illā ten
dit. Cū vero mons est ab occidente nõ est sic. Sol
enim quaqꝫ hora ei appropinquãdo incedit. Mo
dus autē ventū ꝓhibendi est q̄ mons aut claudit a
ciuitate flatū vētri septētrionalis infrigidantis: aut
multiplicatur flatus meridionalis calefaciētis: aut
est ciuitas inter duo cacumina montiū sita detecta
obuiationi alicuius venti: cuius exsufflatio ibi for-
tior erit q̄z sit in terra plana: solet enī aer cū ꝑ viam
incedit angustam tractim ꝓcedere ⁊ non cessare et
similiter aqua ⁊ alia Et hui⁹ quidē causa in naturali

bus est scita. Ciuitates vero magis temperate ex
parte montium siue sint cooperte siue discoopte sūt
que ab oriente discooperte sūt ⁊ a septētrione ⁊ coo
perte ab occidēte ⁊ meridie. Ex marib⁹ vero assidue
ciuitatibus q̄ sūt eis vicine humiditatis augmentū ē
Qđ si maria fuerint a parte septētrionis erit hoc ad
iuuans ad infrigidandū eas propt reuolutionē ven
ti septentrionalis qui in natura sui frigidus existit: su
per aque faciem. Et si a parte fuerit meridiei proue-
niet ex eis grossitiei meridionalis augmentū: ⁊ pro-
prie si penetrandi locū non inuenerit, ꝓpter ea q̄ mõs
sibi in facie resistit: ⁊ cū a parte fuerit oriētis: erit hu
mectatio aeris ab eis maior q̄z si in parte fuerit occi
dentis. Sol enī sine cessatione resolutionē augebit
quanto plus appropinquauerit: sed in occidentali-
bus non sic efficiet. Ad summū vero ex maris vici-
nitate prouenit aere humiditas: postea si fuerint vē
ti multi sibi succedentes quos nõ refrenauerint mõ
tes erit aer magis a putrefactione saluus. Qđ si ven
ti exsufflare nequierint erunt putrefactioni prepara
te: ⁊ vt humores putrescant. In hac autē intentio
ne venti qui sunt meliores sunt septētrionales post
orientales: post quos sunt occidētales ⁊ deteriores
sunt meridionales. Sermo vero de eo qđ vētorū
causa generat duob⁹ modis existit: sermo vero vni
uersalis absolutus ⁊ sermo ꝫm illud qđ vnicuiqꝫ ci
uitati propriū existit. Uniuersal' vero sermo ē q̄ me
ridional' ꝫm plimas ciuitatū calidus est ⁊ humid⁹
Sed calidus preterea q̄ a parte solis vicinitate cale
facta venit: ⁊ humidus propterea q̄ plimū mariū
a nobis est meridionale: ⁊ preter hec que sunt meri
dionalia operat in eis sol fortiter ⁊ euaporant ex eis
vapores qui ventis cõmiscentur. ⁊ ideo meridiona
les venti existunt laxantes. Septentrionales vero
sunt frigidi: eo q̄ sup montes transeunt ⁊ sup terras
frigidas mltarū niuiū: ⁊ sunt sicci propter ea q̄ eis nõ
mlti associant vapores: qm̄ resolutio a pte septētrio
nis fit minus: neqꝫ transeunt sup aq̄s marinas sꝫ trā
seunt ꝫm plimū super aquas congelatas aut sup de
serta. ⁊ oriētales quidē inter caliditatē ⁊ frigiditatē
sunt temperati: sed fiunt occidentalibus sicciores.

Septētrionales nāqꝫ orientis min⁹ hñt maria q̄z
septētrionales occidentis. Et nos ꝓculdubio septē
trionales sumus. Occidentales vero parū pl⁹ sunt
humidi: qm̄ sup maria trāseunt: ⁊ qr sol eos suo di
uersificat motu: vnusquisqꝫ enī horꝫ duorꝫ. s. solis ⁊
ipsorꝫ alteri suo motu quasi cõtrari⁹ existit. Ideoqꝫ
nõ tm̄ resoluit eos sol quantū orientales resoluit vē
tos: ⁊ prope qr maior orientaliū exsufflatõ est in pri
cipio diei ⁊ maior occidentaliū exsufflatio est in fine
diei. Et ideo occidentales minoris existūt calidita
tis q̄z orientales: ⁊ magis ad frigiditatē declinātes.
Et orientales maioris caliditatis: licet ambo opera
tione ventorꝫ meridionaliū ⁊ septētrionaliū sint tem
perati. Quãqꝫ vero in ciuitatibus ventorū iudicia
ꝫm alias res mutantur. Est enī quãqꝫ in quibusdam
ciuitatibus ꝯueniens vt venti meridionales frigidio
res sunt: cū circa eas montes fuerint niuosi meridie

nales: ⁊ cū verterint se vēti meridionales ad frigidi tatem: ideo ꝙ sup ipsos trāseūt. Et ē cū septētrio nales meridionalibꝰ calidiores existunt: cum circa eos deserta fuerit adusta. Sꝫ assaniarum aut sūt ven ti q̄ p deserta trāseūt valde calida: aut sunt venti de gnē fumorum qui in spacio signa efficiunt torrefa ciētia similia igni: qm̄ cū sunt graues ibi accidit eis sicut antecessio ⁊ ꝯbustio ⁊ subtile sepatur ⁊ qd gra ue ē descēdit in quo existūt adustiōis ⁊ igneitatis re liquie: q: oēs vēti fortes sicut videt sapiētibꝰ phoꝝ non incipiūt nisi a supiori: licꝫ materierū eoꝝ princi pium sit ab inferiori. Principiū vo motuū ⁊ exsuf flationum ⁊ turbinis eoꝝ est a supiori. Et hoc autē iudicium cōe: aut ꝑm plimū: ⁊ hec certificatio i pte nālis phie ꝯtinet. Et nos qdem nūc nominauimus capslm istius modi in locis habitis. Ciuitatum vo diuersitates sunt ꝑm terrā: qm̄ earum alie sunt luto se: alie sunt que sunt petrose: alie sunt que sūt areno se: alie sūt que sunt limose fetētes: aut cenose: alie sūt super quarū terrā est virtꝰ metallina supans ⁊ hoc totum in eiꝰ aere ⁊ aqua opatur.

Caplm.ix. de impssiōibꝰ aerearū mutationū ma larū cursui naturali ꝯtrariarum.

m Utatiōes vo naturā egrediētes sūt: aut ꝓ pter ꝯuersionem in sba aeris factā: aut ꝓ pter ꝯuersionē in q̄litatibꝰ ipius. Qd vo in eius existit substātia ē ut eiꝰ sba ad malitiā ꝯuerta tur Non ideo ꝙ aliqua suarū qualitatū valde for tior facta fuer. t ꝑm augmētū: nl' diminutionē ⁊ hec est pestilētia. Et ē putrefactio q̄ accidit aeri simil' pu trefactioni aque remoliētis fetide. Nos nāqꝫ cuꝫ aerem dicimꝰ volumꝰ dicē aerem simplicē nudum qm̄ ipe non ē aer qui nos circūdat: ⁊ si inuētus fue rit purus fortasse erit alius. Ipe eni ⁊ vnūquodqꝫ simpliciū nudoꝝ non putrescūt: sed aut in sui quali tate: aut in sui substātia i aliud ꝯuertit simplex sicut aqua conuertitur in aerem. Cū aūt aerē dicimus nolumꝰ dicere nisi corpus in substātia sua ꝯmixtū. Et ē corpꝰ cōmixtū ex aere certificato ⁊ ptibꝰ aque is vaporosis: ⁊ partibꝰ terreis in fumo ⁊ nubibꝰ sur gentibus: ⁊ partibꝰ igneis. ⁊ nos neqꝫ dicimꝰ illuꝫ aerem nisi quō dicimꝰ aquā maris: aut lacuū aquā licꝫ non sit aqua plura simplex: sꝫ mixta ex aere ⁊ ter ra ⁊ igne: sꝫ supans in ea est aqua. Hic ergo aer pu trescit qn̄qꝫ ⁊ ꝯuertit eiꝰ sba ad maliciā sic aq̄ lacuna rum putrefit ⁊ ꝯuertit eiꝰ substātia ad eā. Pestilē tia aūt ⁊ aeris putrefactio ꝑm plim euenit in postre mo estatis ⁊ in autūno. Et nos qdē noiabimꝰ acci dentia q̄ ex pestilētia i alijs locis ꝓueniūt. Qd vo i ipsiꝰ existit q̄litatibꝰ ē ut ꝑm caliditatē aut fritatē ad q̄litatē ꝓueniat intollerabilē intm̄ ut p ipm nscētes ⁊ gnātio corrūpant. Et hec qdē ē aut ꝯuersio hōge nea sic rabiositas estatis cū fortior sit: aut ꝯuersio cō traria sic frigoris malitia i estate q̄ ꝓpt aliqd euenit accidēs. Ex aere vo cū mutat ꝓueniūt in corpori bus accn̄tia. Cū. n. putrescit putrefacit hūores ⁊ ici pit hūorē putrefacē q a corde circūdatus ē: qm̄ ad ipm ꝓpingus accidit q̄ꝫ ad aliū: ⁊ si fortit calefit iū cturas laxat: ⁊ hūores resoluit. ergo in siti augmen tū pstat ⁊ resoluit spūꝫ ⁊ deiicit vtutes: ⁊ ꝓhibet di gestionē ꝓptea ꝙ calorē innatū occultū resoluit q ē inst ꝑm nāc. ⁊ colorē efficit citrinū: ꝓpterea ꝙ hūo res resoluit sanguineos colorē rubificātes: ⁊ q: cho lerā alios facit superare hūores ⁊ cor q: calefacit ca lore nō inato ⁊ fac hūores fluere ⁊ ipos putrefacit. ⁊ defert eos ad ꝯcauitates ⁊ mēbra debilia ⁊ corpi bus sanis nō ē bonꝰ. Est tn̄ cuꝫ hydropicis ꝯfert ⁊ paralyticis ad aleuzē fro ⁊ spasmo hūido ⁊ tortu re hūide. Aer vo frigidꝰ calorē inatū ad iteriora ingrediat: h nāqꝫ ē mortificans. Aer ꝑterea fridus nō multū ꝓhibet materierū fluxū ⁊ ꝯtineat eas: sed facit catarrū ⁊ debilitat neruos ⁊ tracheā arteriā ma gno ledit ipedimēto. Et cū nō fuerit fortis digestio nē efficiet fortiorē: ⁊ oēs occultas opatiōes efficiet fortiores ⁊ excitabit appetitū. Ad vltimū vo ē ma gis sanis ꝯueniēs q̄ꝫ aer multe calitatis. Sꝫ eiꝰ qdē nocumēta sūt ex pte opationū q̄ ex neruis pēdēt: ⁊ iō ꝙ claudit poros: ⁊ q: ꝑmit illud qd intꝰ i ossibꝰ existit. Aer vo hūidꝰ plibꝰ ꝯplonū ē bonꝰ ⁊ colo rē efficit bonū ⁊ cutē: ⁊ reddit eā mollē: ⁊ poros di mittit aptos. sed ad putrefactionē ꝑparat. Et siccꝰ quidem huic existit contrarius:

Caplm.x. de naturis ventorum.

i Am vētoꝝ dispōes narrauimꝰ i caplo mu tationū aeris noiatiōe aliq̄. Nūc vo i eis ꝑmonē volumꝰ ꝓferre aggregatiuū ꝑꝫ ali um ordinē ⁊ incipiemus a septētrionali.

De vento septentrionali.

s Eptētrional' corroborat ⁊ indurat: ⁊ que manifeste fluunt ꝓhibet: ⁊ diuidit poros ⁊ digestiuam fortez efficit constringit ven trem ⁊ indurat ⁊ ꝓuocat vrinam: ⁊ aerem putridū pestilentialem sanat. Cū vero meridionalis septen trionalem precedit ⁊ seqtur eū septētrionalis accidit a meridionali fluxus ⁊ a septētrionali expssio iterꝰ ⁊ qn̄qꝫ ꝓuenit inde scissura ad exteriora. Iōqꝫ mul tiplicat tūc fluxus materieꝝ capitis ⁊ pectoris egri tudines. Et egritudines qdē septētrionales sūt do lores neruoꝝ de qbus sūt vesica ⁊ matrix ⁊ difficul tas mingendi ⁊ tussis ⁊ costarū dolores ⁊ lateris et pectoris ⁊ horripilationes.

De vento meridionali.

m Eridional' laxat fortitudinē ⁊ apit poros ⁊ turbat hūores ⁊ mouet eos ad exteriora ab interioribꝰ ⁊ i sēsibꝰ efficit grauitatē. Et ipe ē ex eis q̄ exituras corrūpūt: ⁊ egritudinū efficit recidiuationē ⁊ debilitat: ⁊ sup exiturā ⁊ podagraꝫ efficit pruritū ⁊ ꝯmouet epilepsiā ⁊ affert sōnū ⁊ fa cit febres putridas. sꝫ nō exasperat guttur.

De orientalibus ventis.

v Enti isti si i postremo noctis ⁊ in ꝑncipio diei flauerit veniēt ab aere q iā tpatus est ꝓ pter solē: ⁊ subtiliatꝰ ⁊ eiꝰ hūiditas iaꝫ fuit imutata: iōqꝫ sunt sicciores ⁊ subtiliores. ꝙ si in fine diei ⁊ in ꝑncipio noctis flauerint: erit res cōtraria. Orietales tn̄ vniuersaliter occidentalibus semper

existunt meliores.

De occidentalibus ventis.

tio fit cū eis que sunt sicut aqua lentium infrigidata
τ aqua lactuce infrigidata τ sumere in potu aquam
frigidā si nō fuerit qđ ꝓhibeat: τ fortasse sumitur in
potu donec tremere faciat τ faciet: forsitan enī sanat
eum. Et qñq; ꝑmutaꝛ febris ad phlegmaticam τ
curatur cum trociscis de rosis τ similibꝰ. Et hec q
dem cura est quorundam antiquorū τ secuti sunt eā
quidam modernorum. Dare aūt in potu aquā or-
dei est curatio conferens ei: sed cū lenitate nature.
Et melior horarū ad hoc est hora vehemētis ebu
litionis τ angustie τ inflammationis: τ frequentie
pulsus cordis. Et scias q esse contentus infrigi-
datione τ dimittere phlobotomiam τ ventris solu
tionem addit in opilatione τ coartatione: quare ad
ditur putredo τ caliditas in reliqua dispositione.
Mundificatio enim fiat cum eis que sunt sicut sol-
uentiā choleram ꝼm responsionem necessitatis vir
tutis τ debilitatis cum digerentibus humorem cru
dū: quoniam fortasse ipsa ē causa in putrefactione
sanguinis. Et in fine eius da ei in potu que sunt si-
cut trocisci de canfora τ trocisci de spodio τ da ei in
potu. Isti etiam trocisci sunt boni. ℞. spodij. ʒ. iij.
seminis portulace. ʒ. v. seminis cucumeris. ʒ. iiij. se-
minis cucurbite. ʒ. vi. gūmi τ dragaganti τ amili oī
um ana. ʒ. iij. succi ligritie pōdus. ʒ. vij. fiant ex eis
trocisci. Descriptio alia τ ꝓprie apud debilitatem
apostematis. ℞. rosarū. ʒ. iij. succi berberis. ʒ. ij. se-
minis cucumeris τ melonis τ citroli τ portulace et
spodij omnium ana. pondus. ʒ. i. gummi τ draga-
gāti τ amili omniū ana. ʒ. ss. rauedsceni τ croci τ cā-
fore omnium ana pondus quarte. ʒ. i. fiāt trocisci.

Cibi vero sint illi qui fiunt ex lenticulis ⁊ illi qui fiunt ex lentibus cum aceto ⁊ granatis ⁊ sumach. Et si sit aliquid eoꝝ constrictio cuius timeatur frangatur cum siracost ⁊ prunis ⁊ cuꝫ eo quod fit de cucurbita ⁊ cū herba acetosa. Et eius fructus sint pira de sceni ⁊ granata ⁊ mala de sceni. Et eius olera sint cucumeres ⁊ cucurbite ⁊ alkehethed ⁊ endiuia ⁊ olus benedictum ⁊ acetosa ⁊ coꝛiandrū ⁊ que sūt eis similia. Et si accidat doloꝛ capitis aut pulsus coꝛdis aut vigilie aut ꝓfunditas somni aut fluxus sanguinis nariū supfluus destruens virtutem ⁊ alia de accidētibus suis cura cum eis que docuimus te in loco suo.

De febꝛe phlegmatica Ca. xlvij.

[S]civisti ꝙ febꝛis putredinis phlegmatis qñqꝫ ē paroxismal'. Et qñqꝫ ē insepabilis ⁊ sciuisti cām in hoc. Et sunt ei hoꝛe sicͣ reliquis febꝛibus. Et minoꝛ hoꝛarū sui ꝑncipij ꝭm plimū est. xviij. dierum. Et eius eradicatio in pluribus ē intra. lxiij. dies. Et saluioꝛ earū ē illa que ē mundoꝝ tēpoꝝ: ⁊ pꝛecipue illa que ē multi sudoꝛis significat enī subtilitatē materiei ⁊ paucitatē eius et raritatem coꝛpis. Longioꝛ ergo partiū hu9 egritudinis ē augmentū quāuis eius declinatio iterum sit longioꝛ declinatiōe tertiane ut plurimū. Et phlegma qdem putridū qñqꝫ ē vitreum: ⁊ qñqꝫ ē acetosum: ⁊ qñqꝫ est dulce: ⁊ qñqꝫ ē salsum. ⁊ tu iaꝫ sciuisti qñ ex salso fit causon. Et plimū quidē accidit febꝛis phlegmatica humidis ⁊ quietis ⁊ senib9 ⁊ infantibus ⁊ pacientib9 nauseatiuam satietatem ⁊ exercitantibus ⁊ balneātibus se super repletionem ⁊ habentibus eructuationem acetosam ⁊ habentibus repletionem: ⁊ paciētib9 descēsum humoꝛis ⁊ fit catarrus ad stomachuꝫ qui putrefit in eo. Et parū quidē euacuaꝛ a lesione in oꝛe stomachi. Et scias ꝙ cū omni febꝛe cū qua est frigus constringitur pulsus ⁊ minoꝛatur.

De signis phlegmatice periodice Ca. xlviij.

[I]n illa quidē in qua cā est phlegma vitreū aut acetosū frigus multiplicaꝛ valde et rigoꝛ in vitreo ē vehemētioꝛ. At frigus non incipit in ea subito: imo paulatim i extremitatibus deinde perueniūt ad hoc ut fiant sicut nix q̄ nō calefiūt nisi cū difficultate: neqꝫ calefiūt subito: neqꝫ ꝭm gradationē cōtinuā: imo paulatim cū reditu frigoꝛis ⁊ foꝛtasse ꝯmiscet frigoꝛi ei9 in ꝑncipio rigoꝛ. Fit ergo frigus ꝓpter illud quod nō putruit: ⁊ hoꝛripilatio ꝓpter illud quod iam putruit ⁊ mai9 frigus eius ⁊ ipsius rigoꝛ sunt in periodis status. Et hec qdem febꝛis non ē ex materia que facit punctionem ita ut sit cā rigoꝛis in via expulsionis. putredo nāqꝫ eius ē putredo rei leuis ⁊ incipit cuꝫ grauitate ⁊ ꝓfunditate sōni. Et multotiens incipit in paroxismis ꝑmis sine frigoꝛe ⁊ neqꝫ ē rigoꝛ; imo post ponitur vsqꝫ ad tempus ⁊ foꝛtasse erit frigus: ⁊ non erit rigoꝛ. Et multotiens incipit cum syncopi ⁊ nō fit. Et in hac qdem egritudine multiplicaꝛ syncopis ꝓpter debilitatem oꝛis stomachi ⁊ casum appetit9 ⁊ priuationem alistibꝛe que est fundamentum materiei nutrimenti ⁊ virtutis. Illā vero que ē ex phlegmate salso sequitur hoꝛripilatio ⁊ non fit vehemēs frigus eius. Illam autēꝫ que ē ex phlegmate dulci raro antecedit in pꝛincipio vsqꝫ ad plurimos paroxismos hoꝛripilatio neqꝫ frigus neqꝫ rigoꝛ.
Et plurimum quidem periodi febꝛis phlegmatis īcipiunt cum syncopi: ⁊ iam apparet in ea in pꝛincipijs caloꝛ vehementioꝛ: ⁊ i postremis minoꝛatur illud. Et est simile ut sit causa in hoc: quoniā putredo añcedit ꝑus ad magis dulce ⁊ magis salsū ⁊ magis subtile: deinde ad grossius ⁊ frigidius. Et tactus caliditatis eius in pꝛimis est debilis ⁊ vapoꝛosus: deinde cum pꝛolongatur positio manus super membꝛum sentit manus acuitatem ⁊ moꝛdicationē Veruntamen non est similis neqꝫ equalis in omnibus super que cadit manus: immo est diuersa quoniaꝫ inuēnit in loco vno asperitatem: ⁊ in loco alio lenitatem: ⁊ est quasi caliditas coletur post rem cribellatam: quoniam phlegma viscosuꝫ est: quare diuersificatur eius passio a caliditate sicut accidit in reliquis viscosis cum ebuliunt: ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis: ⁊ non disrumpuntur in locis alijs. Et qualiscunqꝫ sit caliditas eius ꝭm plurimū minoꝛ est q̄ꝫ ut inflāmet ⁊ angustiam faciat et magnificet desiderium aeris frigidi ⁊ aque frigide ⁊ inspissationis ⁊ rarificationis anhelitus magni ⁊ exsufflantis. Et multotiens quidem accidit caliditati eius ut sedeat tempoꝛe quo habet quantitatem hoꝛe vnius aut duarū hoꝛarū quare existimatur ꝙ ipsa iam peruenit ad statum cum ip̄a adhuc sit i augmento. videbis enim eam iam incipere augmentari: ⁊ similiter sunt ei in declinatione stationes. Et febꝛes quidem phlegmatis sunt multe opilationis pꝛopter multitudinem humiditatis ⁊ vapoꝛis sui ⁊ pauci sudoꝛis pꝛopter viscositateꝫ humoꝛis. Et cum sudare facit est res non exuberans: ⁊ de pꝛopꝛioꝛibus significationibus eius est paucitas sudoris: ⁊ pꝛiuatio eius. Et sitis quidem minoꝛatur in febꝛibus phlegmatis nisi ꝓpter causam salsedinis aut causā vehementie putredinis eius ⁊ cum hoc ē minoꝛ q̄ꝫ sitis que est in alijs. Et inflatio laterum multiplicatur in eis: ⁊ quandoqꝫ accidit cuti lateris ut subtilietur cum tensione. Coloꝛ autē pacientiū phlegmatis febꝛeꝫ est decliuis ad viriditateꝫ ⁊ citrinitatem currentes in albedinem ita ut sit illud quod aggregatum est sicut coloꝛ plumbi vsqꝫ in statu. Et raro quidem rubet coloꝛ in eo cuius rubedo sit rubedo in statibus reliquarum febꝛium. Pulsus vero eius est pulsus paruus submersus debilis rarus in pꝛimis: deinde fit frequens in fine. Et frequentia quidē eius: ⁊ ei9 paruitas vehementioꝛ est q̄ꝫ frequētia quartane ⁊ tertiane ⁊ eius paruitas. ⁊ vehementia frequētie eius est ꝓpter vehementiam paruitatis ip̄ius. Verū non ē velocioꝛ pulsu quartane: ⁊ qñqꝫ est tardioꝛ eo aut similis ei in ꝑmis. Et ē vehemēns diuersitatis cū ꝑuatiōe oꝛdinis. Et pui ⁊ debiles ex

eis sunt in diuersitate eius plus. Et significationes quidez pulsus sup eā sunt de certioribus significatō nibus. Urina aūt eius in p̄mis qdem est alba sub tilis ppter mltitudinez opilationū ⁊ frigoris: deiñ fit rubea ppter putredinem, ⁊ pturbaꝛ ppter malicia3 digōnis: ⁊ quandoq3 alteraꝛ in ea dispositō vno tpe: ⁊ qñ mūdificabitur ex materia grossa ⁊ resol- uiꝛ putridu3 ⁊ redibunt opilationes dealbabiꝛ vna hora. ⁊ alia qñ remanet intra materiā grossā ⁊ dispo sitionez putredinis Et aqua hora opilationū est al- ba: deiñ quādo putrefit res plurima post illō expel liꝛ ⁊ aperit opilatōes rubei vsq3 quo veniat sup opi- lationes qō opilet eas vice alia de illo eodē hūore. Eius vero egestio est lenis subtilis phl'atica. Et de eis q̄ significant q̄ febris est phl'atica est ut sit poxis- mus eius. xviij. horis ⁊ dimissio eius. vi. horis Et ñ est dimissio eius dimissio mūda: qñ materia cum grossitudine ⁊ viscositate est multa. Et significant ip sa3 etas ⁊ ɔsuetudo ⁊ tps ⁊ regio ⁊ cibi ⁊ aduentus causaꝝ añcedentiū ex satietate nauseatiua. Et signifi cant ipsa3 forma p̄dicta ex colore faciei ⁊ inflatione eius ⁊ lenitas tactus ⁊ debilitas oris stomachi ⁊ ca- sus appetitus: ⁊ qñq3 magnificaꝛ in ea splen. Et seq tur eam eructuatio acetosa in plib⁹ horis mlʼotiēs.

De signis phl'atice inseparabilis ⁊ est illa que no minatur lactica. Capitulum. xlix.

[S]unt sicut reliqua signa febris phl'atice p̄ter eradicatōem ⁊ qō simulaꝛ eradicationi. Et apud inceptionē fiūt rigor ⁊ frigus ⁊ hor- ripilatio. Et est res magis similis cū ethica: ⁊ fit illic rigor in. vi. horis. aut tñ superās illum qui fit in pio dica nam pidodica iteꝝ non euacuaꝛ a residuo: ve- rutamē est occultum non apparens.

De febribus que sunt fm plim de genere phle- gmaticaꝝ ⁊ sunt qñq3 ex cholera ⁊ non sunt ex eis que fiunt ex melancholia appropriate cum nomi- nibus ⁊ indicijs: Capitulum. l.

[E]T sunt febres empialos ⁊ liparia que ābe sunt de sūma febriū in quibus diuersificā tur loca caloris ⁊ frigoris intus ⁊ exterius ppter diuersitatē ⁊ locū eius quod putrefit ⁊ qō nō putrefit. Et sunt tres diuisiones febris appropriate: syncopaꝛ humorosa: ⁊ febris ex syncopi minuta sb tilis: ⁊ febris diuturna ⁊ nocturna.

De febre in qua occultatur frigus ⁊ apparet in ea calor, ⁊ est empialos. Capitulū. lj.

[H]Ec febris fit ex phl'ate vitreo s3 est compre hensu3 in occulto ⁊ pfundo qō infrigida tur vbi est. Ueꝝ ipi accidit ia3 putredo q̄re spargitur ex eo vapor eius qō cōputruit ⁊ disparti- tur ⁊ iflāmatur in exterioribus ⁊ illud qō non est pu trefactu3 infrīdaꝛ in interioribus. Et eius qdez fri- gus non appet in huiusmōi tpe qñ est quietu3 ⁊ ɔ- sociaꝛ ei ⁊ non patitur ab eo qō occurrit ei. postq̄ er go incipit in eo putredo moueꝛ ⁊ infrīdaꝛ infrigida tōe q̄dām q̄uis non pueniat ad hoc ut cōmunicet toti corpori. De signis Capitulum. lij.

[S]Igna eius sūt eadē que p̄dicta sunt. Et q̄ eius vrina est frigida cruda minoris cali- tatis q̄ vrina aliarū sui generis: et pulsus eius est rarus tardus ⁊ ipa fm plim addiꝛ omni die Ueꝝ ppꝛ grossitudinez materiei sue ɔuertiꝛ qñq3 in q̄rtana3 ⁊ tertiana3 qñ huiusmōi mā in corpore est pua ⁊ pue putrefactionis ignea. Et paucitas qō est ex causis elongatōis piodi. Et ppꝛea q̄ poxismus non redit omni die non remanet hec febris cum sit phl'atica: s3 ppꝛea ē phl'atica: qꝛ putredo eius ē pu- tredo phl'atis ⁊ hec non extrahit eā ab hoc quin sit phl'atica: s3 ppea q̄ putredo ē putredo phl'atis non ppꝛea q̄ poxism⁹ ñ redeat omni die. Spaciū vero poxismi eius est ex. iiij. horis vsq3 ad. xxiiij. horas: ⁊ fm plim ɔsumuꝛ ante illud quoniā hec materia non est cum illa multitudine.

De febre in qua occultaꝛ calor ⁊ apparet in ea frigus ⁊ est liparia. Capitulū. liij.

[H]Ec febris fm pli3 ē phl'atica: ⁊ qñq3 ē cho lerica ex cholera grossa valde. Quō aūt ē phl'atica: ē qñ phl'a itrīsecū qñ iflāmaꝛ ⁊ putrefit calefaꝛ illū locū qñ non resoluiꝛ nisi, qñ pu tredo calefaꝛ exteriora corporis cū spsione vaporis sui calefactione plima. Et qñ virtus effundiꝛ ad lo- cū vbi est lesio tūc euānꝛ exteriora a calore: quare in frīanꝛ ppꝛe quādo in exterioribus sūt phl'ata cruda vitrea frīa. Et iteꝝ qñ resoluiꝛ multotiens ex eo va por q non putruit: s3 eleuaꝛ ⁊ facit caliditatē ⁊ assotī aꝛ ei caliditas spacio puo: deiñ separaꝛ ab eo sepatō ne vaporis aq̄ calefacte. Cū ergo sepaꝛ ab eo ⁊ fuit in radice ante putredinem vehementis frīdatis re- dit ⁊ infrīdat corpus. Modus aūt quo fit choli- ca est qñ cholera qñ est pauca ⁊ intrinseca ⁊ putre- fit ⁊ calefacit locu3 ⁊ non resoluiꝛ ex ea aliqd accidit qō diximus in sua cōpare ex phl'ate. Et appropriaꝛ hec cholica taburos noie. Ueꝝ liparia est nomē ge- neris ⁊ est longioris spacij q̄ hemitriteus. Et ha- bet aliqs ut dicat quō erit febris ⁊ non pcedet in ea calitas ex corde in totu3 corpus. Illud nāq3 quod narraꝛ est de genere eius in quo nō p̄cedit caliditas ex corde in totū corpus. Rñsio itaq3 est q̄ in termi- nis haꝝ reꝝ attendiꝛ vna ɔditio ut nō sit quod phi- beat sicut diffinimus aquā frīam ⁊ hūidā quādo di sposita est fm naturā suā ⁊ non fuerit qō phibeat. Et diffinimus graue q̄ est illud qō tendit inferius quādo dimissu3 fuerit cū sua natura. ⁊ in istis oib⁹ calitas puenit ad cor ⁊ pcedit in arterias ⁊ spgitur. At vero accidit phibitio illius in qbusda3 locis sic accidit ei sup quē ponunꝛ prune vel pruine. Nocu- mētum vero haꝝ necessariu3 est esse actu.

De febre in qua fit vnaqueq3 duaꝝ reꝝ in vno quoq3 duoꝝ locoꝝ. Capitulū. liiij.

[S]I hec febris fuerit nō erit nisi vbi sunt due materie frigide mote ppter putrefactōe3: quaꝝ vna est in interioribus: ⁊ altera in ex terioribus ⁊ non est aliqua earu3 plurimi nocumē- ti. Deinde cum incipiunt putrefieri mandat vna- queq3 earu3 vaporē calidum comprehendente3 cū

partibus suis & ubi est frigidū. Et tu qdem iam sci uisti causam in regimie humoris frigidi in dispositione motus.

De febre syncopali humorosa. Capi. liiij.

h Ec fm plurimū est ppter phlegma crudū repletionale qd facit febrem dispditū plim quia iam vincit virtutem. Et fm plurimum adiuuat sup eam debilitas oris stomachi: & qn moue tur & incipit in putrefactōe virtutē vincit plus & fac eam hesitantem. Que si dimissa fuerit cū materia n̄ sufficiet ɔtra materiā. Et qn̄ occupatio fit in eu̅one eius cū facilitate fit inobediens: aut monet motu ꝑfocante vtutē. Et qn̄ occupat in eu̅one eius cū solutione ventris: aut phlomia cū labore nō tollerat virtus. Quomō enim tollerabit cū sit illic cū sua quiete syncopis. Et cū hoc toto ipi indigent eu̅one vehementer. Et iteꝝ ipi indigent cibo vehement qm̄ in humorib⁹ eoꝝ nō est qd nutriat corpus & viuificet ipz & corpus eius est ꝑuatū nutrimēto. Quod si studueris in cibando addit materia diminuta & si non cibatur cadit virtus. Et accidit in iceptione sui vt effūdat ad cor res frigida faciens accidere syncopi & mioratur pulsus & tardatur & fit rarus. Amplius natura sollicita est in calefactione materiei & subtiliatione eius. Et putredo que mouetur in quasdam partes eius adiuuat super eam: ergo euadit cor a nocumēto & frigore eius & cadit in nocumentum caloris ei⁹ quare fit pulsus velox & ppꝛie in ɔstrictione sua pl⁹ q̄ sit velocitas alioꝝ: q̄uis illud quod vincit cū hoc sit paruitas & tarditas & raritas. Et periodus eius est periodus phlegmatice & non alteratur ab ea. Et est cum ea inflatio faciei: & mollicies corporis. Et colores habentiū eam non figunt super dispositionem vnam: imo quandoq est cinerea & plumbea eius materia: & quādoq fit citrina. & quādoq fit nigra: & quādoq fiunt labia eoꝝ sicut labia comedentis mora. Oculi vero eoꝝ sunt fusci virides exeuntes valde apud ɔmotionem egritudinis. & fit sic maniacus. & qd est sub hypocondrijs eoꝝ est vehemētis inflationis & similit viscera eoꝝ. Et qn̄q euomunt acetosum: & quando est eis apostema in quibusdam visceribus tunc non sperat omnino. Et quandoq accidit eis in qbusdam horis ex cholera dominante grossa: & fit cū ea in visceribus adustio: & euomunt choleram: & sunt ei periodi phlegmatice fm plurimum.

De febre syncopali minuta subtili. Capi. lv.

h Ec febris est acuta & cadit pulsus & virt⁹ in poxismo vno aut duobus paroxismis cū additione & eueniens in corpore cum velocitate. Et quādoq non sufficit cum ea virtus vsq ad. iiij. & fit ex chimis subtilibus plim: quoꝝ cholicum est vehementis subtilitatis & ꝑfūdationis: male substantie venenose: cui iam accidit putrefactio in corporib⁹ calide ɔplonis sicce valde. Et plures paroxismi huius febris sūt poxismi tertiane.

De febre diurna & nocturna ex phlegmaticis. Capitulum. lvi.

d Iurna est cuius poxismus accidit in die & eius tepor in nocte: & nocturna est ecōuerso & vtreq sunt male. sz diurna est lōgior & deterior. & fac cadere multociens ppter lōgitudinem suam & suū euentum in calore diei in ethicam. Et si ipa non esset seua non accideret hora aptionis pororum & resolutionis vaporis: & non accidit nisi ppter multitudinem materiei & fortitudinē eius. Et est necessariū cum hoc ut patientes eā cibentur in nocte & non permittant dormire sup repletionem stomachi & ꝑcipiantur vigilie: & est ex eis que faciūt cadere virtutem. Et tollerantia febris in calore diei: & vigilie in frigore noctis sūt ex eis magis digne que faciunt cadē in ethicā & ad sūmū ē de genere febrium difficiliū.

De cura phlegmatice. Capitulū. lvij.

c Ura huius egritudinis diuersificat fm horas suas. s. principiū & augmentum & statum & declinationem. Et fm aptionem digestionis in ea & eius occultationem & diuersificatur fm materias suas. s. phlegmaticā acetosā & phlaticam vitream & phlaticam salsam & dulcem. Et omnes eius species cōmunicant in hora principij i tribus diebus in necessitate lenificationis equalis aut vomitus. Et in necessitate administrationis subtiliātium & incidentium & diureticoꝝ. Et cū supuenerit febri dies tres subtiliat in ea materia ppt febrem & si ante illud mouebis nocebis & non facies aliquid. Et in augmēto cū subtiliatione regiminis fm equalitatem. Et fortasse est contentus aqua ordei in primis tribus diebus sperando q sit status eius ppinquior ppt subtiliationem materiei aut paucitatē ei⁹. Quod si certe sciret q status eius esset tardus nō subtiliaret regimen quāuis fames & somnus sup famem & exercitium super famem si non debilitant sint vltima in iuuamento huius egritudinis: imo declinaretur in pꝛincipio ad ingrossationem vsq ad septimū: deinde gradaretur: verum augmentum eget vt subtilietur regimen in primis. Si aūt status appa ret longinquus possibile est ut succurrat illi cum ingrossatione regiminis: deinde gradet vsq ad horā status qm̄ tempus est sufferens hoc in hac egritudine non sufferens in acuta. Cūq pertransierit septimus non stes tunc super subtiliationem: qm̄ illa debilitat & addit in debilitate oris stomachi. Et quotiens senseris longitudinem maiorem subtilia min⁹ quāuis subtiliatio eius in ipo omnino magis sit necessaria q̄ in quartana. Et similit oportet ne festines cibare ipm cum eis que sunt sicut pulli & panis cum muzaguarac nisi timeat debilitas aut apparet declinatio. Amplius diuersificatur cura eius cuius causa est phlegma salsum & dulce: & cuius phlegma est vitreum & acetosum & fit ex ea nimium frig⁹ in qua corpus non calefit. verum in duabus ꝑmis necessaria est lenificatio cum medicina leui & infrigidatio quedam. Et in duabus secundis est medicina magis laboriosa: & in duabus primis indigetur icisiōe cum subtiliatiuis in quibus est calefactio:

plurima q̃ꝫuis sit exsiccatio plurima. Et in duab⁹ scđis necessariū ē illud quod subtiliet cū incisione ⁊ cale factione cū acredine ⁊ ꝓprie qñ phlegma ē permi xtum cū melancolia. nā necessaria sunt in huiusmo di ea que sunt sicut dyacimini ⁊ cōfectio de sulfure ⁊ administratio salsoꝝ. Et cōuenientiores medi cine que administranť in principio sunt geleniabin vsqꝫ ad diem septimū: ⁊ nō ē malū ut administreť iterū aqua feniculi ⁊ aqua endiuie ⁊ aqua apij cum geleniabin ꝑm necessitatē. Et sirupus acetosus ē ve hementis necessitatis iterū ⁊ aqua mellis cū ysopo: ⁊ ē possibile ut consequatur per eā illud quod que ritur de lenificatione nature ⁊ ꝓpͤe cū solutiuo fa cto de zuccaro roſ. ⁊ rosis rubeis nominatis pſicis quoniā est solutiuū ⁊ lenificatiuū. Et quādoqꝫ ne cessariū est ut confortetur eius lenificatio ⁊ cōfriceť in aqua iuleb ⁊ pmisceatur si nō noluerit cū cassia ſi. ⁊ penidijs. Et iterū geleniabin acceptū cū melle ⁊ tereniabin pmixtum cuꝫ aqua iuleb: ⁊ non fiat assi duatio super eā cū solutiuis in pncipio ⁊ post ipm ⁊ proprie qñ cū materia ē cholerica: illud enī perdu cit ad corruptionē cōplexionis. ⁊ multi quidē ho mines dant in potu in principio sicut est medicina de turbit in oī nocte ⁊ sicut pillule de mastice i. heb domada bis ⁊ sicut pillule de seminib⁹ diureticis. Descriptio medicine de turbit. ℞. zizibe[illegible]is ⁊ masti cis amboꝝ ana. ʒ. x. turbit sicut alcohol. ʒ. x. zucca ri tabarzet quantū oīa. detur in potu ei oī nocte au re. i. ⁊ illō fiat qñ natura ē nō lenis. Si enī respōdet omni die bis non indiget hoc. Ego vero nō dili go expectationē digestionis ⁊ lenificationis cū eis que diximus prius: immo oportet ut euacuetur ex ea aliquid ⁊ expectetur in reliquo vsquequo digeratur ⁊ fiat illud cū facilitate paulatī absqꝫ superfluitate: deinde perueniat ad diuretica. Et similiter abhorreo quod ē simile aque prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ ⁊ simili um: de illis que debilitant ⁊ soluūt subtile: ⁊ si ma teria fuerit decliuis ad additionē frigoris misceať cū ea medulla cartami. Et si fuerit materia ad cho leraꝫ decliuis misceatur cū eo sirupus violaꝝ aut vio le condite cū siracost aut viole sicce cōtrite. Et ad iuues cū clisteribus leuibus factis ex melle ⁊ sale ⁊ aqua sicle ⁊ oleo sisamino. Et vomitus fiat cum aqua rhaphani ⁊ rhaphano infuso in sirupo ace toso cum seminibus ⁊ his similibus. Et si necessa rius est vomitus plurimus ꝓpter multitudinē ei⁹ quod accidit ei de nausea ⁊ alteratiōe saporis oris administrentur grana rhaphani ⁊ bibať ex eis vsqꝫ ad aur. i. cū aqua frigida. Et vomitus quidē cū eo quod ē in eo de debilitate stomachi est vehemētis iuuamenti valde ⁊ ē vltimus huic egritudini. Oꝫ ergo ut expectetur in eo septimus ut non accidat ex eo in principio debilitas apostemans corpus sto machi. Et si sit grauis in eo vomit⁹ non ꝓuoces ip sum super ipsum cum labore. Et si acciderit ei vo mitus ⁊ ꝓprie in principio periodi nō retineať nisi fatiget ⁊ debilitet: tūc enī restringatur sicut cū mi[n]ua

⁊ sirupo de menta que dicemus post. Et si accidat dolor capitis administreť embroce ex camemilla cū immissione. iiij. extremoꝝ in aqua calida ⁊ ligatio ne crurium cū fortitudine: ⁊ si indigetur aqua ordei administretur decocta cū radicibus quantitate eq li: aut misceať cū ea sirupus acetosus cū melle si nō acetat in stō aut aqua mellis si acetat. Et melior ho ra in qua dať in potu illud ē si fuerit in aqua eius in principio rei tinctura: tūc enī oꝫ vt in potu detur in p mis de geleniabin: deinde detur in potu post ipm duabus horis aqua ordei. Et nō oꝫ ut fiat inun ctio cū vnguētis resolutiuis. ⁊ neqꝫ embrocatio fi at cū embrocis subtiliatiuis cū egritudo ē in princi pio ⁊ humor ē in corpore ambulās: ipsa enī molli ficant viscera sua calefactione humida ⁊ alienetur aqua frigida. Et quotiens videris vrinaꝫ grossio rē ⁊ rubicundiorē non erit malū si phlebotomaueris: ⁊ necessarium quidē est ut redeas tūc ad sirupos ace tosos. Et scias ꝙ fricatio est de curationibus iu uantibus eos: ⁊ quanto fuerit phlegma viscosius ⁊ gros sius tanto erit fricatio magis conferens. Et dicať ꝙ fricatio cū tela aranee cū oleo est iuuatiua valde. Et quando incipit egritudo augmētari ⁊ post illō tunc sit sollicitudo de ore stomachi ⁊ quod ipm cō fortat. Et sint masticationes facte ex mēta ⁊ mastice ⁊ aniso ⁊ administretur vomitus cū rhaphano ꝑm ꝙ diximus cū minoratione cib[i]. Et sit cū geleniabī quod in potu datur in principio ⁊ post septimū p mixtū quod confortat os stomachi ⁊ sit in eo ꝓuo catio plurima sicut anisum ⁊ mastix. Et sit cū aqua calida ⁊ proprie in principio periodi: nam ipm resi stit rigori ⁊ frigori ⁊ extinguit cū hoc sitī quāuis sit estuosa. Et multotiens quidē cōceditur euacua tio phlegmatis ⁊ humoris crudi in hac hora: sed melius est vt expectetur in eo cōplementū digestio nis. Et quando egritudo incipit cum calore ⁊ as siduat iuuatur cum huiusmodi trociscis. ℞. myro balanorum citrinoꝝ aloes succi eupatorij succi ab sinthij oīum. ana. ʒ. v. croci ⁊ masticis amboꝝ añ. ʒ. vi. informentur trocisci ⁊ sumatur ex eis omni die pondus. ʒ. i. ⁊ omni nocte pondus. ʒ. s. Et cū videris ꝙ digestio apparet adiuua eā cum eis que sunt sicut folia apij ⁊ feniculi ⁊ radices squinanti et capillisueneris. Si autē scias ꝙ materia est frigida valde nō est malū vti pipere pauco ⁊ vti vino pau co subtili non plurimo. Et quādoqꝫ adiuuāt vn guenta resoluentia ad digestionem ⁊ resolutionem cum virtute forti ⁊ sunt conuenientiora in hac egri tudine q̃ꝫ in reliquis febribus. Et oportet ut consi deretur in hoc virtus ⁊ febris ⁊ rigor. Quod si vir tus fuerit fortis ⁊ febris non fuerit seua valde adde in ea in vnctionibus confricando. ⁊ si nō admini strentur olea subtilia que ad equalitatem sunt decli uia. Et qñ pertrāsit. xiiij. tunc necessariū est admi nistrare qđ subtiliat plus sicut feniculū ⁊ apiū ⁊ for tasse indigemus semine amboꝝ ⁊ aniso ⁊ eo qđ ē sicut sirupus acetosus cum seminibus in quo ponitur

stopus ⁊ alhásce ⁊ administratione trociscoꝝ de ro
sis: ⁊ fortasse est necessariũ addere in eis ꝓpt stóm
tus ⁊ masticem ⁊ ciperũ ⁊ absynthiuz ⁊ hiis similia
ſm ꝙ exigit illud qd̓ pñs est. Et vinum subtile có
fert eis in hac hora cũ subtiliatióe sua: ⁊ qꝛ cóforꝛtat
caloꝛẽ innatũ: ⁊ qꝛ ꝓuocat ⁊ sudare facit. ⁊ cũ vide
ris digestioné ⁊ fortitudiné dabis ei in potu post il
lud trociscos de absynthio. Et cũ videris frigus in
pͥcipio poxismoꝝ nocere: ⁊ egritudo nõ ẽ in prin
cipio: da in potu aquã calidã in qua decocta sũt ea
que sunt sicut semẽ apij ⁊ anisũ ⁊ ozimũ ⁊ admini
strabis iterũ huiusmodi ⁊ fortiora eis que sunt em
brocãdo ⁊ vaporando ⁊ huiusmói: ⁊ qñqꝫ dat in
potu ad rigoꝛẽ vehemẽtẽ. Decoctio ſz hũc modũ
℞. zinziberis origani ameos oium ana. ʒ. iij. coriã
dri. ʒ. iiij. rosarũ calamenti amboꝝ ana. ʒ. iij. passu
larũ. ʒ. vij. decoquãtur ſm descriptioné vel ſm me
dietaté ⁊ sit dosis. ℥. iij. Et cum videris phl̃a da
bis in potu tyriacã ⁊ dentur iterũ in potu trocisci d̓
rosis magni cũ aqua feniculi ⁊ detur ei oi nocte me
dicina de turbit ⁊ pillule de aloe facte cũ speciebus
que sunt sicut piper. Et ad illud decoctio huiusmo
di. ℞. hiere. ʒ. vij. turbit. ʒ. x. myrobolanoꝝ nigroꝝ
ʒ. v. eupatorij. ʒ. v. salis idi. ʒ. iij bedoard suchaha
oiuz ana. ʒ. iiij. anisi. ʒ. iij. decoquãtur cũ aqua apij
⁊ sumãtur de ea in potu ſm quãtitaté necessitatis.
Et fortius illo ẽ illud qd̓. ℞. duarũ radicũ ⁊ radicis
lilij oium ana. ʒ. x. hiere. ʒ. viij. succi eupatorij. ʒ. v.
se. apij ⁊ feniculi oium añ. ʒ iiij. spice mẽte ãborum
añ. ʒ. vij. fiant ex eis trocisci ⁊ administrẽtur. Deco
ctio bona ℞. duarũ radicũ ambarũ añ. ʒ x. passula
rũ enucleatarũ. ʒ vij. anisi ⁊ masticis amboꝝ añ. ʒ iij
bedeoard ⁊ suchaha eupatorij oiuz añ. ʒ. iiij deco
quantur in libris trib⁹ aq̃ vsquequo redeat ad lib. i
aque ⁊ sumãtur in potu aliquot dieb⁹ in ieiunio.
Trocisci boni apud chronicas febres ⁊ vehemẽtiã
rigoris. ℞. hiere succi eupatorij absynthij suchaha
bedeoard oium añ. ʒ. v. seminis apij ⁊ feniculi anisi
omnium ana. ʒ. iij. salis naptici. ʒ. iiij. seminis cus
cute myrobolanoꝝ kebuloꝝ oium añ. ʒ. x. agarici.
ʒ. xv. trociscoꝝ de rosꝫ. ʒ. xx. de turbit. ʒ. xxx. fiãt ex
eis trocisci ⁊ sũt solutiui. Et iterũ aloes myrobol' ci
trinorum ⁊ reubar. masticis succi eupatorij absyn
thij oium ana parté. i. croci ptis vnius medietatez
terantur ⁊ administrẽtur. Et iterũ hiere myrobol'.
kebuloꝝ salis oium ana. ʒ. iiij. seminis apij ⁊ fenicu
li ⁊ anisi oium añ. ʒ. i. ſ. absynthij. ʒ. v. trociscoꝝ de
rosis. ʒ. iij. suchaha bedeoard oiuz añ. ʒ. ij. terãt ⁊ i
formẽt pillule. Decoctio bona. ℞. eupatorij. ʒ.
v. ⁊ radicis lilij ⁊ radicis liquiritie ⁊ ameos oium.
añ. ʒ. iij. seminis apij feniculi añ. ʒ. iiij. rosarũ. ʒ. v.
decoquãt oia ⁊ sit dosis eius oi die. ℥. iij. Et ite
rũ: Radicũ tritũ oium añ. ʒ. x. seminis anisi apij oi
um añ. ʒ. ij. suchaha bedoard eupatorij absynthij
omniũ añ. ʒ. v. centauree. ʒ. iij. decoquãtur ⁊ biban
tur. ℥. iiij. Et iterũ: herbe eupatorij fumiterre be
deoard suchaha absynthij oium ana. ʒ. v. passula
rum. ʒ. x. myrobolanorũ citrinoꝝ. ʒ. x. Et hec g
dem cura est salso ⁊ ei in quo vincit cholera magis
cóueniens. Et agaricũ cũ de eo sumitur in pulue
re ex. ʒ. i. vsqꝫ ad. ʒ. i. ⁊ tertiã diebus cõtinuis ꝓhi
bet elongari egritudinem. Sumat ergo puluis ex
eo ⁊ cómisceatur cũ melle ⁊ bibat. Et semẽ vrtice
post digócm vel cómixtioné est mirabile valde sũ
ptum cũ puluere aut cũ melle. Verũ si acciderit ei
modus aliquis solutióis vẽtris oportebit ut adda
tur in eo ꝓpt debilitaté epatis semẽ cuscute vel tur
bit ⁊ semẽ cuscute ⁊ ꝓpter debilitaté stomachi ma
stix ⁊ anisũ: ⁊ ꝓpter debilitaté splẽis ⁊ grossitudiné
eius radix apij ⁊ scolopẽdrie. nã multotiẽs associat
huic egritudini splen. ⁊ fortasse oꝫ ut addant ꝓpter
ipm ciperi ⁊ grana ⁊ ben de fenugre. ⁊ cõsideretur
cũ hoc dispõ vehemẽtie febris vt nõ accidat vehe
mẽtia calefactionis. De euacuatióib⁹ v̓o que sũt
fortiora: ⁊ indigetur eis in hac egritudine apud di
gestioné est ut augmẽtetur dosis de pillulis de tur
bit ⁊ administrent clisteria fortia. Et de illis sunt pil
lule iste. ℞. masticis sextã. ʒ. i. succi absynthij quar
tã. ʒ. i. pulpe colloquintide sextã. ʒ. i. hierepicre. ʒ. ſ.
agarici. ʒ ſ. informent pillule cũ sirupo acetoso mel
lino ⁊ sumãtur in potu. Et de illis sunt pillule de
mastice ⁊ de aloe. Quod si materia fuerit ad calidi
taté decliuis sumantur de trociscis de spodio soluti
uis. ʒ. iij. trocisci de turbit aur. i. scamonee aure. ſ.
succi eupatorij aure. ij. Et dentur in potu ſm quãti
taté virtutis. Et iterũ eupatorij absynthij capilli ve
neris ⁊ myrobola. fumiterre passularũ mũdataruz
equales sumantur partes ⁊ dentur in potu ſm quã
titaté necessitatis. Et si nõ suffert corpus solutioné
ventris pueniat ad diuretica ⁊ subtiliatiua ⁊ sudare
faciẽtia: ⁊ de sũma illoꝝ quibus ĩdigetur nũc ẽ infu
sio aloes cũ melle. Et qñ declinat egritudo nõ ẽ tũc
introitus balnei ante cibũ malus. Cibi aũt eoruz
sunt subtiles sicut acetum ⁊ oleũ. ⁊ quãdoqꝫ ponit
in eis parũ almuri ⁊ ꝓpꝛe in fine eius. Illi autem
q sunt fortiores sũt altaragi ⁊ pulli ⁊ alcubugi ⁊ his
similia post declinationé: ⁊ oꝫ ut ponant in eis ⁊ ꝓ
prie apud digestioné ea in quibus est incisio sicut
acetũ ⁊ synapis ⁊ almuri. Et si fuerit phlegma ace
tosũ malũ viscosũ: porrũ ⁊ aqua ciceris sunt de me
lioribus cibis eis. ⁊ quãdoqꝫ ponũtur in eis cymi
nũ ⁊ anetũ ⁊ oleũ. Et iterũ beguerid facta ex sicla ⁊
almuri ⁊ aceto ⁊ ol'o abluto ⁊ alchauguamac sicut
kẽmach de capparibus ⁊ remach de aneto ⁊ origa
no ⁊ aniuden ⁊ asparagis. Et deuitentur olea in q
bus est infrigidatio ⁊ humectatio. Et hora cibi est
post tempoꝛẽ paroxismi ⁊ eradicationez eius: ⁊ ante
paroxismũ ad minus. iiij. horis. Mensura autẽ
somni eoꝝ ẽ ut sit equalis vigilijs: ⁊ sit digestio ma
teriei ad somnũ ⁊ resolutio ad vigilias. Et balne
um quidem est vehementis nocumenti nisi post de
clinationé. Et succurritur vomitui eius quãdo sup
fluit. ⁊ oportet ut administretur in illo quod sit sicut
miua ⁊ sirupus de granatis cũ menta simul cognit⁹
Et si necessariũ est fortius sumãtur de granis gra
natorum muzorum. ʒ. x. ⁊ turis albi ⁊ masticis am

doꝝ āna.ʒ.v.mēte.ʒ.vij.decoquantur in.ij.libꝛ aq̄
in qua sint folia mente donec minuaꝛ ⁊ succurratur
fluxui ventris eius cū supfluit cū retentione eius cū
eis que sciuisti de stipticis regimentalibus ⁊ medici
nalibus. Sed eius quidē debilitationi succuriꝛ ut
cibetur successione eius pullis assatis ⁊ in patellis co
ctis: ⁊ ut adhibeanꝛ suffumigatiōes ⁊ odores viuifi
cantes. Et si acciderit inflatio in facie ⁊ extremitati-
bus iuuanꝛ cū administranꝛ huiusmōi trocisci. ℞.
anisi ⁊ lacce ablute amboꝝ an̄.pondus.ʒ.v. amig-
dalarū excorticatarū croci marmacoꝛ oīum ana.ʒ
iiij.seis apij seis feniculi floris squinanti oīum.an̄.
ʒ.iij.floris eupatorij.ʒ.iij.spice.ʒ.v.hiefpicre.ʒ.vij
rosarū.ʒ.x.fiant ex eis trocisci ⁊ administrētur. Et
fortasse indigebis eis que sunt sicut omoꝛusia ⁊ dia
lacca ⁊ medicamē de amigdalis amaris. Et ad lon
gitudinē febris.℞.rosarū pondus.ʒ.x.masticis et
spice ⁊ feniculi ⁊ seis apij ⁊ seis endiuie ⁊ succi eupa
torij ⁊ succi absynthij oium an̄.ʒ.iij.spodij.ʒ.v. fi-
ant trocisci ⁊ sit dosis ex duabus.ʒ.vsq₃ ad.v.cum
ʒ.x.de geleniabin in decoctōis feniculi q̄atitate.℥
ij. Et ameos cōfectū cū melle ē magni iuuamenti i
huiusmodi loco. Et fortasse indiges ꝓpter longi
tudinē frigoris fricatione. ⁊ modus in ea ē ut inci
piat ab humeris ⁊ inguinibus quādo spargitur ca-
liditas in manibus ⁊ pedibꝰ ⁊ calefiunt. Si autem
senserit similitudinē lassitudinis fiat permutatio ad
fricationē dorsi: ⁊ quādo vehemēs fit calefactio que
necessaria est in eis tūc dimitte eā ad aliud mēbrum
Et de oleis bonis eis ē oleū dulce in quo nō est sti
pticitas ⁊ oleū camemullinū ⁊ oleū de aneto deco
ctū in vase duplici. Cū ergo cōpleueris tunc abster
ge oleū aliquod vt nō angustietur ⁊ nō est maluꝫ si
fricationē siccā sequatur fricatio cū oleo aliquo.
Et de illis que seruant stomachos eoꝝ ut nō debili
tentur sunt vnguenta inuncta capiti stomachi q̄ sūt
sicut camemillinū ⁊ oleū nardinū ⁊ oleū anetinum
⁊ fortius illo alnazoki. Et de emplastris iuuatiuis
est vt decoquatur camemilla cū re pauca masticis
decoquendo cū vino cū duplo sui de melle. Et si
acciderit appetitus: tunc melius est ut nō admini-
stretur vinū solū: imo in quo decocta sunt sicut ca
memilla ⁊ dactili ⁊ melilotū ⁊ absynthiū.

De cura phlegmatice continue que nominatur
latica. Capitulū.lviij.

Sit cura faciētis paroxismū oi die. Et dif
fert ab ea: qm̄ oꝫ ut in illa sit administratio
subtiliātiū calidoꝝ cū facilitate. Et hoc si
fuerit cōtentus eis que sunt sicut sirupus acetosus
⁊ geleniabin ⁊ iulcb de melle ⁊ aqua eius ⁊ aqua fe
niculi ⁊ apij. ⁊ radicū triū sine dubio ꝯfert. Et quā
doq₃ cōfert eis kisch de aneto ⁊ kisch de capparibꝰ
⁊ ꝓprie cū vestigijs digestionis. Et preparētur ci
bi eoꝝ in obseruatione tēpoꝝ ⁊ diuersitatis eius et
fortitudine virtutis ⁊ debilitatis eius preparatione
cuius rememoratio preterijt. Et de medicinis bōis
ad eos sunt trocisci de decē generibus. Et iterū de
medicinis exptis ad eos est illa que.℞.rob.ʒ.vi.suc
ci ligritie fumiterre spice oiꝫ an̄.ʒ.iiij.masticis.ʒ.iij.
karabe.ʒ.iij.anisi.ʒ.ij.prepenꝛ. Iterū trocisci eupa-
torij.ʒ.iiij.rosarū.ʒ.i.⁊ tertiā spodij.ʒ.ij.⁊.ʃ. Et ite
rū trociscoꝝ absinthij quoꝝ descriptio.℞.assari se.
apij anisi amigdalarū amaraꝝ suchaha bedeoard
succi eupatorij spice masticis oium ana.ʒ.ij. Et ite
rū eupatorij.℥.iij.ro.rubeaꝝ libr.i.spice.lib.ʃ.spo
dij.℥.iiij.

De cura empialos ⁊ liparie. Ca.lix.

Cura earū ꝓpinqua est cure quā diximus
⁊ sunt ambe associate vni vie. Et oꝫ ut in-
cipiatur in primis a sirupo acetoso melli
no ⁊ zuccarino. Et precipiatur in eis ambabus vt
administretur rob acreste decoctū cum melle ⁊ siru
po rof: deinde fiat gradatio de via sumēdi in potu
seia ⁊ aquas eoꝝ ad infusionē aloes: ⁊ trociscos de
rosis cū mastice: ⁊ pillulas de aloe ⁊ hierapicraꝫ: ⁊
pillulas de eupatorio. Et oportet vt in eis amba
bus simul stomachi sollicitudo habeaꝛ: ⁊ admini-
stretur vomitiuū cū aqua faseoloꝝ ⁊ raphani ⁊ ani
si ⁊ calamenti ⁊ diuretica. Et de solutiuis iuuatiuis
est illud quod fit ex myrobalanis nigris ⁊ citrinis
⁊ turbit ⁊ zuccaro. Et de illis que conferunt eis iu
uamentū magnū sunt clisteria declinia ad acuitateꝫ
⁊ in quibus ponūtur medulla cartami minoꝛ ⁊ ane
tū ⁊ camemilla ⁊ alhasce ⁊ melilotū ⁊ almuri ⁊ mel
Et regimē liparie indiget subtilitate plusq₃ regimē
alterius.

De cura febris cū syncopi humorosa. Ca.lx.

Ec febris est difficilis cure. Et modus i
curatione eius ē euacuatio gradata ex sub
tili ad fortē ⁊ proprie qm̄ natura nō respō
det ex se. tunc enī cū clisteribꝰ mūda qd̄ ē in intesti
nis ⁊ venis ꝓpinquis eis ex supfluitate. Et admini
stra in residuo subtiliationē cū fricatione. Et Ga
lie. quidē dixit q̄ deficit ab eūone plimi eoꝝ nisi cuꝫ
fricatione. Et melior modoꝝ in fricatione eoꝝ ē ut
incipiat a coxis ⁊ cruribus descendēdo a superiori
ad inferius: ⁊ administretur illud cū mandili aspe
ro abradente cutē: deinde pmutetur ad manus des
cendendo ab humero ad spatulā ita ut igneaꝛ cutis
deinde ad dorsum ⁊ pectus: deinde redeat ad cru
ra ⁊ reuertatur ad ordinē primuꝫ. Et ponaꝛ medie
tas temporis eoꝝ fricationi ⁊ medietas tēporis eo
rum dormitioni si possibile ē. Et ad sūmū canon
curationis eoꝝ est subtiliatio nō calefactio valde. ⁊
de illis que conferunt eis sunt subtiliantia sicut aq̄
mellis cū virtute isopi ⁊ seminis apij in matutinis ⁊
similibus eis. Quod si fuerit illic fluxus ventris
superfluus decoque mel decoctione vehementiore
⁊ non solueꝛ nisi parū temperatū iuuatiuū. Et si
rupus acetosus mellinus iterū confert eis: in estate
quidem ⁊ consuetudie potus aque frigide pmixtꝰ
cū aqua frigida: ⁊ in hyeme oportet vt non sumat
eam in potu penitus ⁊ sit ꝯtentus aqua calida. ⁊ as
sumere calim ex potibus est melius eis nisi apud ne
cessitatē estus estatis ⁊ vehementiaꝫ caloris plimi
Et ꝯuenientius quo potantur ad sitiꝫ ē sirupus

accetosus mellinus. ⁊ vinū confert eis in principio ⁊ ꝓprie si fuerint febres eoꝝ sanguinee: sꝫ parū sunt ⁊ ꝓprie in senibus. Et necessariū ē eis vinū post cibum: ⁊ tibi quidem necessariū est ut consideres pulsum habentiū hanc egritudinē semp: ⁊ cū videris eum incipere debilitari ⁊ cadere subito ciba euꝫ pane infuso in vino cōmixto si non ꝓhibet apostema in visceribus. Cum ergo associatur ei hmōi egritudo nō est curationi modus neqꝫ fiducie locus scilicet quādo accidit huiusmōi alteratio ī pulsū. ⁊ hec qdē cibatō ē ex eis que necessaria sunt qñ vehemēs fit syncopis: verū oportet ut ꝓhibeat illud. Cibus aūt super quem fit dormitio est aqua ordei sup quā nō addat nisi cū cadit virtus: ⁊ si additur tūc sit panis infusus in iuleb aut aqua mellis. Et balneuꝫ quidem est de rebus nocibilioribꝰ istis: ⁊ calidū et frigidū valde ex aere. cū calido eni no fit securitas de cursu humoꝝ ad pulmonem ⁊ ad cor ⁊ up ce-rebrū ⁊ frigidū prohibet digestioneꝫ eius ⁊ addit in opilationem eius. Quod si fuerit in ea humor cholericus aliquis tunc si facilis est vomitꝰ ⁊ leniatur est iuuatiuus valde. Et ad vltimū melius est ut assidue proficiat in ea.

De cura febris cū syncopi minuta Ca. lxi.

Oportet ut emplastretur pectus eius cum sandalis ⁊ aqua ros. ⁊ viuificetur cū cibo paulati. Et sit cibus eius sicut panis de simila infusus in aqua granatoꝝ infrigidata si desiderat ipsum ⁊ similiter in aqua de fructibus. Si āt indigetur ad virtutē almososat factis ex pullis cum aceto ⁊ aqua aceste ⁊ oleribus frigidis ⁊ ꝓprie coriandro erit iuuamentū in hoc si exhibeat.

De regimine nocturne ⁊ diurne. Ca. lxij.

Egimē ambarū est regimē phlegmaticaꝝ neqꝫ est diuersitas in eis.

De quartana periodica. Ca. lxiij.

Lurimū quartana ē periodica ⁊ minorat casus quartane insepabilis. Cause vero quartane sunt ea que generant melācoliaꝫ postea putrefaciūt eā ⁊ tu iā sciuisti totū illud. Et sciuisti ꝙ melācolia alia est que ē fex sanguinis ⁊ alia est que est adustio eius ⁊ cinis humoꝝ. Et sciuisti ꝙ de illa est sanguinea: ⁊ de illa ē phlegmatica: ⁊ de illa ē cholerica: ⁊ de illa ē adustio ipsiꝰ melācolie naturalis. Et existimauerūt quidā hoīum ꝙ quartana nō generat ex melācolia naturali quoniā ipsa non putrefit. Et huius quidē sermo non oportet vt auscultetur: imo de ꝓprietatibꝰ oīs humiditatis est ut putrefiat quāuis rarificet in preparatione. Et plurimū quidē euenit in successione egritudinis febriū diuersarū putridarū ꝓpter diuersitatē humorū ex quibus generant et quoꝝ putrefactiōe cuꝫ adduntur ⁊ non euacuantur multiplicat melancolia: deinde cū putrefit ē quartana Et multotiēs quidē accidit successione splenis: ⁊ cum hoc ipsa fm plurimū non euacuatur ex dolore splenis aut duritie eiꝰ. Et saluior quartana ē illa que nō accidit ab apostemate splenis aut alijs: aut cum qua non est apostema splenis. Quartana enim que euenit ab apostemate splenis: aut cū q̄ ē apostema splenis multotiens pducit ad hydropisiꝫ ⁊ pnitiē. Et quartana q̄ salua ē liberat ab egritudinibus malis melicis sicut melancolia ⁊ epileptia. Et ī ea ē securitas a spasmo qm̄ humor ē siccus: ⁊ fm plurimū ē egritudo salua Et quādo nō accidit in ea error nō addit supra annū. Et quādoqꝫ perdurat. xij. annis ⁊ qd̄ ē īfra eos Et que ex ea longa est pducit ad hydropisim. Et scias ꝙ autūnus est inimicus quartane.

De signis Ca. lxiiij.

Signa sunt ꝙ quartana incipit ī primis cū frigore puo: deinde incipit frigus eius addi postea minoratur paꝝ apud statū sic ī phlegmate. Cūqꝫ calefit corpus nō ē caliditas vehemens licet sit maior ⁊ magis apparens q̄ illa q̄ est in phlegmatica. ipsa eni cū difficultate sua ⁊ inflāmatione nō inflāmatur inflāmatione de qua curat sicut ignis in lignis grossis ⁊ non cōprehendit sup corpꝰ totū: imo ē illic caliditas cū horripilatiōe ⁊ ī hoc ē grossitudo hūoris. Et ē cū frigore ⁊ aliquātulo dolore quasi frangat ossa. Et est illic cōtractio ꝓpter quam strident dentes: verū non sicut in phlegmatica: quapropter perducit illud ad debilitatem visus: verū lenit apud digestioneꝫ qm̄ malitia minoratur sicut fuit ī principio parūp. Et de signis quartane sūt cause eius antecedētes ex febribus que prolongate fuerūt: ⁊ ex splene aut dolore. Et de signis quartane etiā sunt dispositio cōplexiōis ⁊ significationeꝫ melācolie ⁊ etas ⁊ tēpus ⁊ cibꝰ ⁊ forma ⁊ cōsuetudo ⁊ q̄ sunt his similia. Et periodꝰ eiꝰ ē. xxiiij. horarū. Et multotiēs ē febris tertiana: in estate quidē ⁊ fit quartana ī hyeme. Et multotiēs pducūt febres diuerse ad febres pmixtas in quibus nō est ordo ꝓpter diuersitatē residui humoꝝ remouentium post febres. Cū ergo status confirmat fm cinereitatis additionē cōfirmatur super quartanā. Et illiꝰ quidē q̄ est a phlāte adusto sūt paroxismi lōgiores ⁊ accidit eis frigus fm plus successione assiduationis ⁊ ē sudor tardior ⁊ vrina grossior ⁊ durities venarū minor: ⁊ fit fꝫ plurimū successiōe febriū phlaticarū. Et illā que est a sanguine adusto antecedunt signa sanguinis ⁊ febris eius ⁊ rubedo vrie: ⁊ significāt ipsam forma ⁊ etas ⁊ tempus: ⁊ fortasse erit pꝰ febres sanguineas. Et in illa que ē a cholera adusta est pulsus vehemētioris velocitatis ⁊ frequētie ⁊ incipit cū horripilatione ⁊ frigore in carne ⁊ siti ⁊ sudore. ⁊ quādoqꝫ fit ira ⁊ sudor ⁊ inflāmatio ⁊ significant ipsam forma tēpus ⁊ etas. Et quādoqꝫ significāt ipsam ꝙ ipsa fit successiōe febriū cholericaruꝫ. Et pulsus in quartana ē decliuis ad duritiē pp siccitatē hūoris. Ipse. n. trahit ad iteriora quasi ipse eēt pulsus senis: ⁊ ad equalitatē dū non mouet ⁊ si mo

neaƚ diuersificaƚ pulsus valde ꝓpter grossitudinem supfluitatis τ fit mundificatio eius apparens apud teporem τ est significatio completa sup quartanaz. Et multotiens accidit in eo diastoles inequalis τ sistoles vehementis necessitatis fm contrarium eius quod est in tertiana. Et pulsus qdem quartane melior est pulsu phlegmatice in paruitate τ frequentia: sz est similis ei in tarditate: τ apud inceptionem paroxismi additur tarditas sua τ frequentia. Et diuersitas eius est maior diuersitate reliquaꝝ febriuz. deiñ incipit magnificari τ fieri frequens τ velox. Et vrina in quartana est similiũ horaꝝ in priuatione digestionis ꝓpter frigus materiei τ grossitudiné eius nisi apud statuz bonuz. Ueꝝ dispositiones eius τ colores eius diuersificanƚ τ illud ideo: qñ melancholia generaƚ ex hũoribus diuersis. Et de signis digestionis quartane est leuitas tremoris. Urina auté in principio est alba ad viriditaté decliuis cruda cui non est digestio. Et post principiũ diuersificaƚ ei⁹ dispositio ꝓptea ꝙ plim melie est generatũ ex humorib⁹ diuersis τ est apđ declinatóem nigꝝ. Et sudõ in quartana est plim⁹ p compationé ad phlaticaz τ non multiplicaƚ p compationez ad alias: τ sitis minoraƚ in hac febre: nisi sit a melia cholerica.

De cura Capitulum. lxv.

Onsidēt i hac egritudie an sit melia phlatica, aut melia sãguiea aut melia cholica aut melia melica. Deinde rege vnãquãqz eaꝝ cũ eo quod ei est cõueniens de illis que dicemus. Ueꝝ omnib⁹ spẽbus suis sunt iudicia in quibus cõmunicãt τ illud est ꝙ ipē minuũtur in principio q̃re necesse est vt attendaƚ añ sit sanguis dominãs in ea τ ꝓprie quãdo quartana est a melancholia sanguinea tunc enim phlobotomeƚ τ extrahaƚ sãguis fm quãtitaté necessitatis. τ fortasse exigit multitudo eius vt extrahaƚ de eo res plima. Et qñ ñ é necessaria phlomia tũc phlomia é nocuia inq̃tũ debilitat τ iq̃ntũ educit cõtrariũ melancholie τ inquãtũ mouet hũores ad exteriora. Et si oportet euacueƚ a principio de hũore faciente febré aliqd ad alleuiandũ τ mũdificandũ. Jllud. n. apud digestioné est fm ꝙ iuuam ad ipm: Et si post poxismuz per diem. Et nó opõtet vt fiat ꝓuocatio in pmis cũ fortitudine. τ oportet vt administrenƚ mollificãtia. Et si tibi non videƚ bonuz vti potionib⁹ administra loco eaꝝ clisteria cõueniẽtia: sz oportet vt sint lenia τ nó ꝯcediƚ ꝯfortatõ eoꝝ nisi qñ ꝯsequiƚ egritudo statiz. τ si medicus iam p̃sumpserit τ solutõe eduxerit meliam in principio aliquotiens solutione forti τ ꝓhibuit egritudinem penitus: sz est rectũ ab errore. Et oportet vt prohibeaƚ in die paroxismi a comestióe τ p̃cipiaƚ ieiuniũ τ prohibeaƚ ab aqua frigida illa die. τ est necessariũ in reliquis diebus vti carne teiugi aut pulli i primis teiugi vsqz ad tres vel quattuor periodos: deiñ pulli tunc enim pulsus est melior. Et sit medicina in die paroxismo geleniabin confricatum cuz aqua calida in die bis aut ter. Sintqz .ʒ.iij. geneliabin cum .ʒ.x. sirupi acetosi. Et tu quidé scis ꝙ quando melancholia est cholica tunc oportet ut administreƚ in ea quod soluat eaz ex genere myrobalanoꝝ τ viole.

Et si est phlegmatica oportet vt administreƚ in ea aliquid in primis in quo sit virtus polypodij τ epithimi τ similiũ. Et scias ꝙ aqua casei est bonũ vehiculũ ei quod administraƚ de virtutibus p̃dictis: τ fortasse confert administratio eius solius cũ est caliditas violenta: nam geneliabin et aqua eius colata cuz decoctione sua forti est loco ipius τ proprie qñ est stomacho debilitas: aut est illud quod vincit humor frigidus. Et vomit⁹ iteꝝ τ ꝓprie ante cibũ τ p⁹ cibũ τ est ꝯuenientior τ ꝓpe in die poxismi τ ãte paroxismũ: τ ꝓprie quãdo melancholia est phlegmatica est de rebus iuuantibus in ea τ nó in principio tãtuz: imo τ in omni hora. Oportet ergo ut non laboreƚ in principio τ in pricipijs digestionis vsqz ad aduentum complementi digestionis in euacuando superfluitatem cũ eo quod calefacit cuz fortitudine neqz cũ eo quod exsiccat cũ fortitudine ex medicina et dimissione ciboꝝ neqz cũ eo quod debilitat ex solutione ventris neqz iterũ cum eo quod debilitat in principio ex subtiliatóe regiminis. Et scias ꝙ qñ incipit quartana in estate aut hyeme tunc oportet vt in potu detur in primis de aqua ordei τ secaniabin vt appereat vias opilatas ꝓuocatione τ consumaƚ velociter: τ illud est post perioduz antecedentem tribus horis aut quattuor. Et cũ accidit quartana in hyeme tunc nó est modus vt denƚ in potu trocisci.

Et scias ꝙ res frigide τ humide facilis digestóis boni chimi sunt conuenientes huic egritudini inq̃ntuz est febris: τ ex hoc ꝙ sunt ꝯtrarie vni duaꝝ qualitatuz melancholie que est siccitas: quare oportet vt administrenƚ iteꝝ vbi nó timeƚ nocumentũ digestionis: τ non sit quantitas ex qua timeƚ nocumentũ in digestione aut misceaƚ cũ eis aliqd quod eaꝝ frigidatez temperet τ non minuat eaꝝ humiditaté τ iste sunt res calide cuz equalitate. Et alieneƚ omne frigiduz τ siccuz. Et res humide τ frigide huic egritudini ꝯuenientes sunt sicut endiuia τ lactuca τ melon τ persica quãdoqz. Et non oportet ut deuitenƚ huiusmói nisi aut ꝓpter vehementiã frigoris τ est inuentuz sicut in lactuca: τ non est inuentũ sicut i melone dulci: aut ꝓpter vehementiã ꝓuocationis perducẽtis ad ingrossationez sanguinis τ illud est inuẽtuz in melone dulci: aut ꝓpterea q2 p̃parata sunt ei qđ permiscet putredinez τ est illud inuentuz in persicis: τ oportet vt obserues huiusmodi. Cibi vero calidi cũ equalitate cũ additione in humiditate sunt iuuantes valde τ ꝓprie cũ volunt equationé caliditatis eoꝝ vbi non diligiƚ ut per ea fiat iuuamentũ ad digestioné cũ frigidis τ humidis sicut ꝯmixtio sicuum cum endiuia: Et non est malũ in primis sumere ea in quibus est salsedo τ acredo τ incisio cuz nõ timetur incrementuz caliditatis. Jn fine autez egritudinis non est ex cusatio illius. τ trocisci de absynthio iuuatiui sunt vsqz ad finem egritudinis. Et de illis quibus fit iuuamentum est sessio in aqua calida dulci ante cibum omni die τ balneatio que

humectat ⁊ non facit sudare neqꝫ excitat caliditatez: ⁊ cōtinuatio delitiaꝝ ⁊ getis: ⁊ abhorrere exercitiuz ⁊ motus corpales ⁊ animales. ⁊ omnes isti febres indigēt hūectantibus ⁊ diuersificant in q̄ntitate īfrigidatōis ⁊ calefactōis. Et necessitas sua qua indigent exsiccatiuis est ꝓpt illud qd̓ est in eis de v̓tute incisionis ⁊ abstersionis ⁊ solutionis ⁊ nō ꝓpt exsiccatōez

Et oportet ut obseruet stomachus cū emplīs bonis ꝯfortātibꝰ q̄ sunt int virtutē caliditatis ⁊ subtilitatē eius f̄m q̇ exigit dispositio: ⁊ obseruent splen ⁊ epā ⁊ regant ut non indurent ⁊ apostement: ⁊ fortasse ē necessariū ad ꝓuocandū vomitū vti aq̄ raphani cū semine suo que misceant cū sirupo acetoso. Et fortasse iuuat cū antecessione comestōis sicle ⁊ eius qd̓ salitū est de piscibus ⁊ synapis ⁊ his siliuz ante ip̄z.

Et adiuuat post illud cū potu aque multe: deinde fiat successio cū sirupo acetoso ⁊ euomat. Et de ill' que conferunt ei est ut sumat ip̄m in die paroxismi: deinde euomat sup ip̄m ⁊ securitatē facit a nocumēto febris quod est ꝓpt frigus ⁊ rigorez ⁊ acutatē febris si sumat allea ⁊ mel ⁊ bibat sirupū acetosū mellinū ⁊ impleatur cibo: deinde sumat aquam calidā ⁊ euomat. Cū ergo ꝯsumit paroxismus tenet rem ꝑuam ⁊ balneet in mane. Et si sumat ante paroxismū .v. horis cibū vt euomat fōtasse iuuabit illd̓ licz n̄ euomat. Et vomitus ante ꝑoxismū quicūqꝫ humor sit aut alleuiat ꝑoxismuz aut eradicat ip̄m. Et de regimie bono ē q̇ ieiunet in die ꝑoxismi si nō est quod ꝓhibeat ⁊ non sumat cibū donec ꝯsumat paroxismꝰ. Et ingrediet balneum die scd̓o: siqdez fuerit digestio f̄m descriptionē: ⁊ si nō fuerit digestio n̄ fiat in ea nisi effusio aque calide q̄ntitate quaz delectat corpꝰ ⁊ humectat minus q̄ȝ ut ꝑueniat ad hoc ut liquefiat ex ea humor. Et in die tertio administretur vomitus ꝓpter illud quod superfluit de cibo ⁊ quod resoluit balneū quāuis oporteat vt admistret vomitus in die paroxismi iteꝝ. Qd̓ si melancholia fuerit sāguinea iuuabit cū phlobotomia ex basilica: deiñ ꝑ eūonem subtilē cū eo in quo ponunt de mūdificantibꝰ sāguinez: sicut viruites suchaha ⁊ bedeoard ⁊ polypodij ⁊ fumiterre ⁊ myrobalanoꝝ kebuloꝝ. ⁊ hoc quidem genus velocit recipit curatōnem. Et si fuerit melācholica cholica tūc tibi inest vt admistres infrigidationez: ⁊ hūectatiōez vltimas ex medicinis ⁊ cibis. ⁊ administra aquam temperatam sedendo in ea ⁊ abluendo. Et fiat lenificatio nature in principio cū eis que sūt sicut illud quod fit ex violis: ⁊ qd̓ fit ex aqua casei cū virtute polypodij: aut sirupus acetosus cū epithimo ⁊ sirupus ros. et aqua iuleb ⁊ cassiasi. At vero solutio eius integra sepatur post .xx. dies qm̄ digestio appet in eo .s. quādo mā est melācholia cholica: deiñ fiat gradatio ad illud qd̓ subtiliat ⁊ incidit. Et si necessaria est rectificatio stomachi tunc fiat cū inunctionibus ⁊ oleis ⁊ epithimatibus que non ꝑtranseant virtutez camemille ⁊ absynthij ⁊ meliloti ⁊ similiū. Et ieiuniū plurimū vsqꝫ in die periodi. quādoqꝫ iteꝝ est ex eis q̄ non conueniūt ei. ⁊ si fit in die periodi sufficiat eis d̓ cibo paꝝ modicū. Et de mundificatiuis iuuantibꝰ sunt ea in quibus est decoctio myrobal'. ⁊ epithimi ⁊ sene in sirupo acetoso in quo decocte sunt viole. ⁊ fortasse sumit in potu eunte in eo assa in ieiunio proprie in die paroxismi ⁊ euomat ip̄m si nauseat cum anima eius. Et si fuerit melancholia phlegmatica redeat ad sirupum acetosum mellinū cum aqua apij ⁊ feniculi ⁊ similium. Et si necessaria fuerit lenificatio misceat cum eo in principio virtus solutiua phlegmatis de virtutibus turbit ⁊ polypodij. ⁊ fiat gradatio pauca ad virtutem agarici: ⁊ fiāt ut vomat cum sirupo acetoso mellino de semibus ⁊ his similibus vsquequo incipiat digeri. Et fit vaporatio stomachi ⁊ eius emplatio cū eo quod est fortius ita vt cū dactilis ⁊ ficubus ⁊ similibꝰ. ⁊ silr inūge ip̄m cuz oleis calidis perueniēdo usqꝫ ād oleū de costo. Et fortasse est necessariū in eo ꝓuocare vomitū cū sirupo acetoso: ⁊ sit in eo virtus synapis ⁊ hellebori albi: imo fortasse est necessariū ut in potu dent cuz dispositione sua cū non timet debilitas dispositionis virtutis. Et si fuerit melancholia melancholica pura de genere fecis sanguinis tunc rectificatur solutio eius in primis cū aqua iuleb ⁊ penidijs: ⁊ est cōueniens administratio geleniabin mellini ⁊ zuccarini ⁊ in fine eius euacuet cū eis que sunt sicut decoctio myrobalanoꝝ citrinoꝝ ⁊ nigroꝝ ⁊ fumiterre ⁊ passulaꝝ. Cū ergo egritudo digesta est tunc bonū est phlobotomare ex basilica. Et administret vomitus super cibū cum fortitudine aut leuit f̄m horam ⁊ necessitatē. ⁊ oportet ut assiduet ip̄m qm̄ est radix ad euacuationem cum medicinis ⁊ clisteribus fortibus. ⁊ medicine que administrant in huius mōi hora sunt epithimū ⁊ polipodiū ⁊ agaricū ⁊ sticados ⁊ lapis armenus ⁊ lapis lazuli abluti ⁊ non abluti ⁊ succus folioꝝ centauree cū sirupo mellino. Et fortasse necessarius est helleborus niger. Et fortasse infunduntur in cholerica sene ⁊ fumusterre cū epithimo ⁊ in sirupo acetoso: deinde habeas consiliū tūc apd̓ euacuationē: Et da in potu plegmatice ⁊ melancholice ex ea tyriacam ⁊ mithridatuz ⁊ medicamen de assa ⁊ sulfur: Et piper solum bibat in aqua. ⁊ de illis ē synapis que administret non assidue: imo in omnibus tribus diebus ⁊ in primis ⁊ ante illud in spacio lōgiore ⁊ similit diapiperion ⁊ similia illi de electuarijs. Et non festines cū aliquo hoꝝ ante digestionez nam si tu dederis in potu tyriacam ⁊ silia illi in primis compones quartanam cum quartana ⁊ fortasse attrahes egritudines alias ⁊ ꝓprie in hyeme. Et in fine eiꝰ si necessaria fuerit phlobotomia aude super eam. Inquit: Galie. Sanaui gentem plurimaz a quartana ita: Dedi eis in potu post digestionez solutiuuz: deinde dedi eis in potu succū absinthij: deinde dedi eis in potu tyriacam. Et dico q̇ assa ⁊ piper singularia sunt iuuatiua valde qn̄ appet digestio ⁊ peruenit status. ⁊ ciba illum fabane ⁊ elbune ⁊ keniculi capparis ⁊ synapis ⁊ almuri ⁊ omnibus in q bus est virtus solutiua cuz fortitudine. ⁊ fortasse erit tibi necessarium ut des ei in potu post quadraginta

dies omni mane quantuz est nabac vna de eis que sunt sicut medicamen de assa: ⁊ omni sero similiter cum febris non fuerit acuta ⁊ materiei radix non fuerit cholera. Et de trociscis iuuatiuis in hac hora ⁊ apud declinationem sunt trocisci fm hūc moduz ℞. succi eupatorij ⁊ croci amboꝝ ana. pondus. ʒ. iij. scolopendrie aristol. ⁊ lactuce ⁊ reubarbari ⁊ spodij omniuz ana. ʒ. v. ⁊ se. acetose. ⁊ se. portul. ⁊ ro. ⁊ spice ⁊ se. cuscute ⁊ anisi ⁊ se. apij ⁊ radicum capparis ⁊ granoꝝ alben ⁊ se. feniculi omniū ana. ʒ. iiij. conficiantur cum aqua apij ⁊ fiant trocisci. Et dentur i potu cum aqua feniculi ⁊ endiuie ⁊ cuscute. ⁊ hec q dem medicina iuuatiua est modis pluribus. Et si digeritur materia tunc fac istud: ℞. myrrhe. ʒ. xv. spice. ʒ. xiij. agarici costi floris squinanti omniuz an̄ . ʒ. v. petroselini. ʒ. xv. anisi. ʒ. x. conficiantur cum vino antiquo ⁊ cum melle ⁊ zinzibere. Et sit dosis eius quantuz est nux. Et quandoqꝫ dant in potu in fine ⁊ conualescentibus ⁊ apud paucitatez nocumenti in ea ⁊ multitudinem caliditatis cum subtiliatione materiei medicinam huiusmōi: ℞. seminis hyusquiami albi mandragore amboꝝ an̄. siliquaz. i. ⁊ asse circiter tertiam fabe. i. Et de hoc genere est vt sumantur iterum calamenti domestici auf. iiij. ⁊ seminis vrtice auf. xx. ⁊ epithimi auf. i. fiant trocisci parui valde ⁊ sit dosis. ʒ. i. Et ex eis que bona sunt eis est vt administretur post apertionez digestionis vsqꝫ ad finem eius istud: Sumatur passularum de scemi aut de alacoē ⁊ allei siluestris ⁊ myrthi vel myrobalani recentis omniuz ana pars. i. ⁊ decoquant in aqua dulci postq̄ infusa sunt in ea: deinde buliant exquisite ⁊ coletur: ⁊ detur de ea. ℥. i. Et iterum seminis apij ⁊ anisi ⁊ cordumeni omniū an̄. ʒ. v. origani siluestris eupatorij omniū ana. ʒ. vij. ameos. ʒ. iiij. suchaha. ʒ. iij. passulaꝝ. ʒ. x. decoquant in tribus libris aque vsquequo redeat ad lb. i. Et de illis que bona sunt eis est vt sumantur ameos spice ⁊ calamentum omniū an̄. ʒ. x. ⁊ carui ⁊ anisi amboꝝ an̄. ʒ. vij. ⁊ asse pondus. ʒ. v. ⁊ zinziberis pondus. ʒ. iiij. ⁊ cassie pondus. ʒ. iij. conficiantur cum sufficientia mellis. Et sit dosis eius pondus. ʒ. i. cum aquā apij ⁊ feniculi. Trocisci huiusmodi: ℞. succi eupatorij. ʒ. x. scolopendrie spodij feniculi spice croci omniuz an̄. ʒ. v. lacce ⁊ reubarbari omniū an̄. ʒ. iij. seminis cucumeris ⁊ seminis portulace omniū an̄. ʒ. vi. fiant trocisci cum aqua apij ⁊ sumantur in potu cum sirupo acetoso. Et iterum ad phlegmaticam myrrhe. ʒ. xxxv. croci petrosilini amboꝝ an̄. ʒ. v. spice. ʒ. iiij. s. castorei. ʒ. iij. anisi. ʒ. iij. s. semin apij ⁊ carui amboꝝ an̄. ʒ. iiij. amomi corticum cassie storacis omniuz an̄. ʒ. ij. ⁊ tertiam silcleos adriani cōfectionis omniū an̄. ʒ. i. ⁊ tertias duas. Et quādo vehemens sit rigor est vomitus cum aqua tepida ⁊ sirupo acetoso ad illud iuuatiuus. Quod si virtutes eius non obediunt tunc cum eis quorum rememoratio precessit fm horam. Et fiat vaporatio cum embroca in qua decocta sunt sceha ⁊ camemilla ⁊ similia homine cooperto cū pānis laneis aggregantibus calefactionem.

De rememoratione solutiuoꝝ quibus indigent post digestionem. Capitulū. lxvi.

k

Ebulorum. ʒ. v. epithimi absinthij amborum an̄. ʒ. v. myrobalanorum citronorū succi eupatorij emblici omniuz ana. ʒ. iiij. seminis apij ⁊ anisi ⁊ seminis feniculi omniū ana. ʒ. ij. fiat ex eis decoctio ⁊ soluatur cum eo cum facilitate. Aut sumatur absinthij pondus. ʒ. x. myrobalanorum kebulorum ⁊ epithimi omniuz an̄. ʒ. viij. ⁊ fumiterre pondus. ʒ. vij. ⁊ suchaha ⁊ centauree maioris amborum ana pondus. ʒ. vi. eupatorij ⁊ radicis squinanti amborum ana pondus. ʒ. v. decoquātur cum qnqꝫ libris aque donec redeat ad lb. i.

Pillule leues: Quando administrantur in omnibus qnqꝫ diebus semel sunt iuuāntes in ea ⁊ sunt experte: ℞. epithimi ⁊ turbit amborum an̄. ʒ. x. carui anisi amboruz an̄. ʒ. vij. ameos. ʒ. viij. semis apij ⁊ feniculi amborum an̄. ʒ. iij. polipodij. ʒ. vi. agarici albi quod facile teritur. ʒ. viij. salis indi. ʒ. v. hierepicre. ʒ. xv. fiant pillule cum aqua mente ⁊ sit dosis. ʒ. i. s. Et cum materia est phlegmatica conferunt iste pillule: ℞. epithimi agarici ameos omniū an̄. ʒ. viij. seminis apij anisi feniculi omniū an̄. ʒ. iij. sal' naptici. ʒ. v. hierepicre turbit amborum an̄. pondus. ʒ. x. sit dosis pondus. ʒ. ij. s. Et quando est cum dolore splenis iuuatur hoc medicamine ⁊ soluit eum cū facilitate: ℞. scolopendrie. ʒ. xv. agarici. ʒ. xij. myrobalanorum nigrorum hiere an̄. ʒ. x. kebulorum absynthij omniū ana. ʒ. viij. suchaha bedeoard camepitheos succi eupatorij omniū an̄. ʒ. vij. fructus tamarisci radicuz capparoꝝ amborum. ana. ʒ. v. seminis apij anisi seminis feniculi omniuz ana. ʒ. iij. fiat confectio aut pillule.

De cibatione patientium quartanam. Capitulum. lxvij.

r

Ectius est ut inclinetur regimen eoꝝ in primis septimanis vsqꝫ ad tres septimanas ad subtiliationem quandam preter q̄ destruat virtutem: ⁊ illud est ut abstineant a carne ⁊ alzuhumec. hoc enim minorat eoꝝ materias ⁊ alleuiat eos ⁊ abbreuiat spacium egritudinis eorum. Et post illud necessarium est virtutem viuificare cū eis que sunt sicut pisces alredradu ⁊ oua sorbilia et pulli ⁊ alteiugi. Cum ergo peruenit ad tempus i quo sequitur in ea alzuhumec ⁊ nō minoratur egritudo tunc necessarium est custodire virtutem ⁊ cibare cum eo quod est fortius ex carnibus gallinarum ⁊ pullorum ⁊ arietum ⁊ hedoruz ⁊ auiuz mollis carnis sicut sunt pulli ⁊ alduragi ⁊ pisces boni qui non sunt magni. Et scias q̄ conditio in eo ex quo cibatur habens quartanaz est q̄ sit aggregans proprietates quaꝝ vna est vt non sit cruduz: imo resoluens cruditatem quaz facit accidere melancholia. Et secūda est ut non sit grossuz imo subtilians grossuz.

Et tertia est ut non sit cōstrictiuuz imo soluens vētrem. Et quarta ut sit sanguis ex eo generatus laudabilis. ⁊ plurimū quidē est in ea illud quod hs

bet caliditatem ⁊ humiditatem. Et tu quidem iam sciuisti quomō cibet ante paroxismū ⁊ per quot horas ⁊ quare illud. Et sciuisti iterum ꝙ quandoq; necessarius est cibus ⁊ in paroxismo eius ꝓpter causā predictam. Uerum rectius est ut eueniat febris ventre vacuo ut non occupetur natura cuz materia alia nisi cum materia egritudinis donec expellat eam. Et vinuz sit purū subtile.

De cura quartane continue. Ca.lxviij.

Dispositio huius febris est ꝯm ꝙ enūtiauimus ante ipam. Et canon in ea est homogeneus canoni quartane interpolate. ⁊ non diuersificatur ab ea nisi in rebus paucis. De illis est ꝙ declinatio in illa ad equalitatē in calefacientibus ⁊ ad infrigidationez in hac est melior ꝓpter adherentiam febris: quare oportet ut administrentur in curatione eius ea que sunt sicut sirupus acetosus cū seminibus ⁊ gelemabin ⁊ aqua de radicibus equalis ⁊ suppositoria cū melle. Et de illis est ꝙ phlobotomia in hac est magis necessaria qm̄ materia est magis comprehensa in venis. Et de illis est ꝙ licētia i carnib⁹ in hac egritudie ē mior ideo caue hoc.

De febre sextana ⁊ septena ⁊ similibus illis.

Capitulum.lxix.

Hē nominant phisicanos: ⁊ quidā nomināt huiusmōi febres reuolubiles. Iste generātur ex materia homogenea materiei quartane: sȝ est minor ⁊ grossior. Et plim quidem fiunt ex melia phlegmatica. Sextanā autē ⁊ septenam ⁊ que sunt post illas Hyp. dixit. ⁊ gal. dixit: ego nō vidi in vita mea aliq; ex eis neq; vidi quītanā nudā fortem ⁊ neq; est febris nisi quasi occulta. Inquit Et nō est longinquū qn sit causa in septena ꝟ bigratia ⁊ non nouena regimen quod quādo administratur ⁊ currit ⁊ super ipm facit febrem: nam iteratio facit necessario in huiusmōi hora illam febrem ⁊ si dimitteret ⁊ rectificaret non faceret. Est ergo causa in periodis eius ⁊ in ipius iterationibus reiteratio reciminis. Et piodi eius non sunt piodi materie q̄ effundatur ad ei⁹ reditiones Inqt: oportet ergo vt obseruetur in expientia huius egritudinis hec intētio ita vt non accidat error. quāuis. Gal. sit quasi negans aduentuz harū febriū ⁊ quasi ꝙ sit necessarium vt sit huiusmōi febris alia radix. Uerum hyp. iam verificauit sermonem in inuentionem septene ⁊ nouene. ⁊ non est illud manifestum mirabile: neq; manifeste impossibilitas: ita ut sit necessariuz redire i eo ad administrandum. Et sermones quidem quos locutus est hyp. in capi. haruz febriū. sunt ꝙ septena est prolixa ⁊ non est mortifera ⁊ nouena est longior ea ⁊ non est mortifera. ⁊ dixit ꝙ quintana est deterior febriūz quoniā fit ante ptisim ⁊ post ipam Et dixit Gal. in ea sicut scitis. Et ego qdez opinor huic sermoni moduz quendam: ⁊ est vt sit ptisis significans ethicam ⁊ sit sermo eius qntana subiectū propositionis indefinite non significans cōmunitatez.

Ergo est quasi dicat: ꝙ de quintana est vna species deterior febrium: ergo est significatio huius sermonis eius ꝙ cum febres prolongantur ⁊ permiscentur ⁊ diuersificantur perueniunt plurimuz ad inflāmādum membra principalia ⁊ ad ethicam. ⁊ de ꝓprietate harum febrium est vt stent in fine suo ꝯm ordinem vnuz. Et plurimū illius super quartanam. Et iam testificati sumus eam quintanaz. veruz ipa per ducit ad quartanam: quando in humoribus est exuberatio ⁊ in hūitatibus multitudo. Cūq; liquefactio iam multiplicetur ⁊ euacuationes sensate ⁊ insēsate frequentes fiunt non remanet in humoribus cinereitas nisi illud quod minus est ⁊ grossi⁹ ⁊ illud facit esse necessarium vt sit paroxismus tardior: ⁊ fiat illa que fuit quartana quintana. Et in huiusmōi quidem dispositione fortasse erit corpus preparatū vt inflāmetur ⁊ fiat ethica. Et iterū ethica quādo antecedit non est longinquuz quin facit accidere i humoribus cinereitatez quandam ꝓpter prauitatem suaz in postremis ethice: ⁊ accidit illi cinereitati putredo quare accidit febris: ⁊ iam destruxit febris ethica corpus. Est ergo mala ex hoc ꝙ ipa est signū adustionis humoris de quo non remansit nisi parū ⁊ fit adustuz parū: ⁊ ex hoc ꝙ ipa est causa additionis febris ⁊ duplicationis eius. Et nō oportet vt negentur egritudines quas non contingit videre in tempore quodam ⁊ quadam regione: nam hoc genus non comprehenditur per multitudinem.

Neq; iterum oportet ut dicat ꝙ si est quintana: tūc necesse est ut sit materia quinta: nam melācholia generat quintanam non ꝓpter hoc ipm ꝙ ipa est melancholia: īmo ꝓptea ꝙ ipa est pauca grossa. Et iam non prolongat quin sit in quibusdā corporib⁹ melancholia grossa pauca cui accidit putredo. Et non cōuenit alicui vt dicat possibile est in phlegmate ut fiant ei paroxismi alij: quādo ingrossat ⁊ minoratur: quoniā concessio est res ampla: ⁊ raro fit possibile ut necessario consequat eius contradictio.

Amplius non est dispositio in concessione eius qd nunq; videt: ⁊ non auditur: neq; de quo testificatur experimentator aut sapiens sicut concessio eius qd testificatur qualis hyp. Et iam retulit mihi fidelis quidam se vidisse nouenaz. Quintanaz vero nos multotiens vidimus: ⁊ non cogimur ꝓpter hoc dicere ꝙ illic sit humor alius.

De cura specieꝝ huius febris. Ca.lxx.

Propinquat huius febris cura cure q̄rtane phlatice. Et indiget in curatione eius supfluo ieiunio. Et subtiliatione cibi ⁊ regiminis: Et somno digerente ut resoluat p illud materia grossa ⁊ digerat. Et iterum indiget ingrossatione regiminis: vt non destruatur in eo virtus ⁊ sunt ista duo contraria. Et ꝓpterea ꝙ febres iste non faciunt accidere lesionem virtutis non curamus si subtiliemus regimen ⁊ faciamus egrum vti ieiunio vno tempore ⁊ succurrimus illi sicut ostēdimus itē vt cibemus cum eo cuius bonuz est nutrimentum ⁊ velox fit ⁊ multiplicat ⁊ in eo i quo non est ingrossatio materiei neq; additio in ea. Et de curationib⁹ magis ꝯferētibus ad illō est vomitus cū hellebor[illegible]

τ semine raphani τ raphano τ helleboro τ semine atriplicis τ nuce vomica: τ euacuatio cum hieris τ post illud administratio tyriace τ eis similiũ. Et cõfert tunc sudatio cum medicinis τ cum balneo calido absq̃ administratione aque: τ absq̃ administratione humectantium.

Tractatus tertius. De ethica. Ca.j.

i Am sciuisti ꝙ in membris sunt humiditates diuersarum specierũ de quibus sunt humiditates preparate ad nutriendũ τ humectandũ iuncturas. De illis ergo ẽ illud qđ ẽ repositũ ĩ venis. Et de illis ẽ illud qđ est sparsũ in mẽbris sicut ros. Et iste sunt due diuisiones. Et ꝑma earũ est materia febris putredinis: aut febris ebulitionis sicut sciuisti cũ nutrimẽtũ totum non expandatur qñ est: imo remanet de eo illud qđ est in semita expandẽdi: τ remanet qđ est in semita recondendi. Et de illis sunt humiditates ꝓximi tẽporis coagulationi. τ sunt humiditates que fiunt actu nutrimẽtũ scꝫ attracte ad locũ: quod est ꝑmutatio eiꝰ quod ẽ de eo resolutũ τ fiat additio in eo similis illi: verũtamẽ tẽpus cursus earum ꝓpinquum ẽ. ergo sunt nõ coagulate. Et de eis sunt humiditates cũ quibꝰ cõtinuant̃ partes membrorum siliũ partiũ a ꝑncipio creationis τ ꝑ ipsarum destructionem ꝑueniũt ad sepationem. Et similitudo hũiditatũ ꝑmarũ ẽ oleũ lucerne infusum in lucerna. Et silitudo secũdarũ ẽ oleũ imbibitũ in corpore lychinij. Et silitudo tertie hũiditatis ẽ humiditas qua cõtinuant̃ partes cotti de quo factꝰ est lychinius. Et cũ inflãmantur mẽbra radicalia: τ ꝓprie cor est illud ipsa egritudo que est ethica ſm ꝙ sciuisti. Et caliditas quidem epatis quñq̃ perducit ad ethicam: verũ non ẽ ipsa ethica: imo ethica est illa que est causa cordis: τ similit̃ est dispositio pulmonis τ stomachi. verũ dũ ipsa permanet finiẽdo humiditates q̃ sunt in digestiõe ꝑma in mẽbris τ proprie cordis sicut finit candela oleũ infusũ in lucerna tunc ẽ gradus ꝑmus approꝑatus nomine generis qđ est ethica. τ grece ectethicos cũ nõ habeat ĩ speciebus suis nomen. Et cũ finit humiditates que sũt diuisionis ꝑme: τ incipit resoluere humiditates que sũt diuisionis secunde: τ finire eas sicut finit flãma oleũ euacuatũ in lucerna: τ incipit finire ibibitum in corpꝰ lychinij erit gradus secũdus: τ nominatur duburẽ τ forosmos: τ hꝫ latitudinẽ τ ꝑncipium τ mediũ τ statũ. Ampliꝰ nõ rectificat̃ ille q̃ ꝯsequitur statũ aldubarẽ: τ parũ recipit curationem nisi deꝰ velit τ ꝓpe qñ ꝑuenit ad hoc ut iã caro minuat̃. Cũ ergo finiũtur iste τ icipiũt finire humiditates q̃ sũt diuisionis tertie sic icipit flãma adurere corpꝰ lychinij τ hũiditates eiꝰ radicales ẽ egritudo gradꝰ tertij τ noiatur curuatiuus τ almukasif grece. Et hec qdẽ egritudo ẽ ex febribus q̃ nõ habẽt paroxismos neq̃ horas paroxismorũ. Et qdam dixerũt febres ethice aut pendẽt cũ hũiditatibus ꝓpinqui tꝑis cũ coagulatione: aut cũ eis que sunt sicut caro: aut cũ membris radicalibus duris sicut sunt ossa τ nerui. Et si ex sermone isto intelligit̃ ꝙ pẽdẽt ſm semitã ꝙ finiũt qđ in eis ẽ de hũiditate radicali cõtinuata eis erit hec: τ intẽtio ꝑma equalis: τ si significat ꝙ ꝑmũ qđ finit ethica ẽ hũiditatis ꝓpinqui tꝑis cũ coagulatione nõ erit sermo sanus. Et ethica qdẽ qñq̃ accidit post febrẽ ephimerã. τ qñq̃ accidit post febres putridas τ apatũ. τ lõginquũ ẽ ut accidat ethica icipiẽdo q̃re sũt mẽbra radicalia iã inflãmata τ non inflãmat̃ hũor neq̃ spũs añ illud: imo oꝫ ut calefiãt illa in ꝑmis: deinde ſm ꝓcessionẽ dierum calefiãt ista nisi accidat cã fortis valde. Et causa qdẽ vna qñq̃ est causa febris ephimere ſm vehementiã mutationis sue τ debilitatẽ suspensionis sue sicut ignis. naꝫ ipse obuiat lignis ſm duos modos quoꝝ vnus ẽ ſm modũ ꝙ calefacit ea τ finiat in eis τ secũdus est ſm semitã inflãmationis. Et febris quidem putredinis τ apatis ꝑmutatur multotiens ad ethicã ꝓpter vehemẽtiam febris τ vehemẽtiã subtiliationis cibi in ea ꝓhibitiõe aque frigide: τ paucitatẽ obseruationis lateris cordis cũ vnctionibus τ emplastris τ epithimatibꝰ τ ꝓprie in egritudinibus mẽbroꝝ vicinoꝝ cordi sicut diaphragmati. Et multotiens facit cadere in eã necessitas medico propter casum virtutis τ frequentiam syncopis ad danduꝫ in potu vinũ τ aquã carnis τ medicinã de muscho τ his similia. Et qñq̃ cõponitur ethica cũ febribus putredinis τ apatũ. Et ethica qdẽ in ꝑncipio rei est difficilis cognitionis τ facilis curationis: τ in fine sui ẽ facilis cognitionis τ difficilis curationis. Et finis alduburen nõ recipit curationẽ penitꝰ.

De signis Ca.ij.

p Ulsus qdem ẽ minutus durus frequens debilis fixus ſm habitudinẽ vnã. In tactu vero coꝝ ẽ illud qđ sentitur de caliditate minus caliditate synochi τ ei siliũ inflãmatarum in materia. τ in ꝑncipio dũ tãgitur ẽ magis suauis τ cũ remanet sup eũ manꝰ hora. i. appet cũ fortitudine τ mordicatione τ nõ cessat augmẽtari: τ ẽ calidius qđ ẽ in eo locꝰ venarum τ arteriarũ. Et ẽ coꝝ caliditas siliꝰ: nõ enĩ minuitur: verũ ipsa qñ superuenit ei cibꝰ augmẽtat̃ velociter: τ fit fortis pulsus valde τ incipit magnificari. Et ꝓpt̃ illud accidit stultis medicoꝝ ꝙ ꝓhibẽt eis cibũ ꝓpt̃ illud qđ accidit eis de eo ex accidẽtibꝰ q̃re ꝑdũt eos sic augmentat̃ flãma ꝓpter intẽtionẽ olei τ sartago cũ effundit̃ aqua sup eam. Et iste qdẽ significatiões eiꝰ sũt fortes. Et cibus in reliquis qdem febribus ꝓculdubio non incendit hac incensione sicut inuenit̃ huic quãuis necessario faciat diuersitateꝫ per motus nature. τ hec inflammatio non est sicut incensio reliquarum febrium post coartationem: neq̃ ſm periodos notos: imo cum comedunt τ in quacũq̃ hora sit. Et ẽ habens egritudinem nõ vehementem discernens illud quod ẽ in eodẽ de caliditate: qm̃ facta ẽ cõplexio mẽbro cõueniens. Et iã sciuisti in li. ꝑmo q̃litatẽ dispositiõis in hmõi: verũ ipsa appet apud susceptionẽ alicuiꝰ ciboꝝ ꝓpter vehemẽtiã suam. Et

de significationibus permutationis febris ephime
re ad febrem ethicā: ē vehemētia fortitudinis calidi
tatis in.iiij. valde: nam fm plimū incipit febris post
duodecim horas declinare. Cuz ergo pertransit fe
bris duodecim horas: ꝛ non apparent signa decli-
nationis: imo cōtinuatur vsqꝫ ad tertiū omni die ꝛ
fit fortis tunc illa ē ethica. Et de significationibꝰ cō
positionis ethice cū febribus putredinis ē remissio
caliditatis sicce post finē declinationis ꝛ post sudo-
rem exuberantē: ꝛ additio in arefactione ꝛ extenua
tione fm illud quod facit necessarium illa egritudo
ꝛ vnctuositas in vrina ꝛ egestiōe. Et si fuerit ethica
illud quod apparet ꝛ occultū aliud significat ipsuz
coartatio accidēs in paroxismis: huiusmodi enim
est nō inuētum in ethica oino. Et scias ꝙ qñqꝫ inci
pit ethica retēta cū stomacho q̄re corrūpit cōplexi-
onem epatis per vicinitatē.

De signis aldubirē Ca.iij.

Signa vero aldubirē sūt ꝙ qñ febris ex
pellit aldubirē vehemēs fit durities pul-
sus ꝛ eius debilitas ꝛ paruitas ipsius ꝛ eiꝰ
frequētia ꝛ ꝓpe qñ causa casus in ethicam ē aposte
ma qd non resoluit. nā illud. s. frequētia addit val-
de: ꝛ silr velocitas ꝛ fit pulsus eius de genere eius
qui nominatur cauda muris. Qd si fuerit ex potu
calidi vini erit loco caude muris acualis: ꝛ nō erūt
accidentia aldubellati vehemētia valde: non enim
dat ei spaciū vsqꝫ ad huiusmodi. ꝛ apparēt in vrina
vnctuositas ꝛ petala: ꝛ incipit oculus ꝓfundari. Cū
ergo aldubirē ꝑuenit ad statum fit fortior ꝓfunda-
tio amborꝫ oculorū ꝛ multiplicatur lippitudo sicca
ꝛ crescunt extremitates ossiū omnis mēbri ꝛ in facie
ꝛ planant tpa ꝛ tēditur cutis frontis ꝛ destruit co-
lor cutis: ꝛ fit quasi sit sup eam puluis qdam ex adu
stione solis ꝛ ꝑducit ad grauedinē eleuādi superci-
lia: ꝛ fit oculus sōnolētus ꝛ clausus absqꝫ sōno ꝛ sb
tiliatur nasus: ꝛ elongātur pili: ꝛ appent pediculi: ꝛ
videt venter iam minorari ꝛ adherere cū dorso q̄si
fit cutis sicca q̄ iam attracta ē: ꝛ attrahit cū ea cutis
pectoris. Cū ergo curuātur vngues ꝛ arcuant tūc
iam venit ad statū ꝛ incipit tēdere ad occasum: ꝛ cū
incipit tēdere ad occasū liq̄fiūt cartilagines.

De cura ethice Ca.iiij.

Intentio in curatione febris ethice ē infri-
gidatio ꝛ hūectatio. Et vnaqueqꝫ earꝫ cō
plet cū approximatione suarū causarū et
expulsione causarū sui ꝯrij. Et fortasse ē cā vniꝰ ca-
rum causa cōtrarij alterius sicut cā infrigidationis:
ipsa eni qñqꝫ ē causa exsiccationis q̄ est ꝯtraria hu-
mectationi sicut infrigidatio cū trociscis cāforatis
ꝛ illis que sūt ex spodio ꝛ his silibus. Et fortasse hu
mectatio iterū est causa calefactionis que contraria
est infrigidationi sicut vinum ipsum humectat: sed
calefacit quare oportet ut obseruetur illud. Et si ne-
cessitas vocat ad fortem infrigidationez non erit ni
si cum re cui coniungitur aut precedit aut cui succe-
dit res in qua est virtus humectationis. Et similiter
cum vocat necessitas ad fortem humectationez ve

locem in ea sicut aqua carnis ꝛ vinum: tunc oportet
ut adiungatur ei aut antecedat eam aut sequatur eā
illud in quo est infrigidatio. Et si fuerit causa ethice
apostema aut lesio in membro: tunc necessarium ē
curare ipsuz in primis. Et qui diligit componere re
gimen eius ex diuersis modis conuenientibus ei in
quo febris fit vehemens valde tunc necessarium est
ut incipiat ꝛ det in potu trociscos canforatos ꝛ que
currunt cursu eorū cum sirupo acetoso diluculo in
ortu solis sicut aqua ordei in cancris si non abhor-
ret eos ꝛ cum iuleb ꝛ aqua granatorū ꝛ administra
tione mucilaginis psilij si non fuerit prohibens ali
quid ꝓpter stomachum ꝛ alia. Et regimē infrigi
dans ē per illud quod sciuisti de potibus infrigidā
tibus ꝛ de oleribꝰ infrigidantibus ꝛ trociscis sicut
trocisci de canfora ꝛ emplastris ꝛ vnctionibus ꝛ his
similibus: ꝛ infrigidatione aeris eorum ita ꝙ in hy
eme. Si autem non tollerat alleuietur ab eo ignis:
infrigidatio nāqꝫ aeris eorum est melior res: ꝛ sicut
vestire eum cū sandalatis ꝛ canforatis ꝛ facere ipm
odorare illud in quo sunt rose ꝛ canfora ꝛ sandali ꝛ
fructus frigidi ꝛ sehesebrā ꝛ liliū cum aqua rosa: Et
vaporatio cum sudore ꝛ balneo. Et oportet ut non
prolongetur retentio emplastroruz infrigidantium
valde super membra propiqua valde membris an-
helitꝰ: fortasse enim infert illud anhelitui ꝛ voci no
camentum magnum. Et oportet ut declinet ad qui
etem ꝛ sōnum ꝛ tranquillitatem ꝛ gaudiū: ꝛ custo-
diatur eger ab eo quod facit ipsum irasci ꝛ quod fa
cit ipsum tristari: ꝛ quod facit angustiari ꝛ a fame ꝛ
siti longa. Emplastra infrigidantia quibus opor
tet eos vti sunt aromatica: nam ipsa sunt propinqui
oris iuuamenti ꝛ proprie super pectus: ꝛ que sequū
tur ipsum ꝛ sit infrigidata: ꝛ non sit in eis stipticitas
Stipticitas enim cum hoc ꝙ ipsa facit accidere ex-
siccationem prohibet virtutem medicine profunda
ri. Et oportet ut assiduetur permutatio ut non rema
neat medicamen ꝛ calefiat cum obseruatione vehe
mentie infrigidationis eius: nam cum ipsum infri-
gidat vehementer non elongatur quin debilitet mē
brum. Et quando est prope membra anhelitus nō
est longinquum quin impediat diaphragma ꝛ alia
ab emissione anhelitus cum facilitate. Et de regi-
mine humectante sunt cibi leues ꝛ fructus ꝛ robub
ꝛ vnctiones ꝛ emplastra ꝛ odoramenta ꝛ caputpur
gia ꝛ quies ꝛ tranquillitas ꝛ ut non inferatur ei vio
lentia in fame aut siti.

De rememoratione medicinarum infrigidan-
tium Capitulum.v.

Ille vero que de eis sunt infrigidantes aut
humectantes omnes sunt nutritiue: aut
vincit in eis nutribilitas: sicut aqua ordei
decocta cum cancris ex parte cancri. Et oportet
ut euellantur extremitates cancrorum ex pedibus
suis et corporibus suis et abluantur cum aqua fri-
gida et sale bono cum cinere vicibus tribus et su-
pra donec mundificentur et purgentur a grauita-
te sui odoris: et deinde decoquantur in aqua ordei

⁊ sicut aqua lactis vaccini de quo extractum est buti
rum: ⁊ sicut succi olerum elixatorum predictorum
in ca. febrium acutarum sicut mucilago psilij.

In aceto autem est vehemens acuitas ⁊ virtus re
solutiõis: quare oportet vt bibatur cum eo quod re
sistit duabus proprietatibus scꝫ per cõmixtionẽ aq̃
multe: aut cum quibusdam humectantibus ⁊ lenisi
cantibus. Et proximũ quidem est vt lac asine sit cuꝫ
humectatione sua infrigidans: ita vt quidam faciãt
meliorem infrigidationem eius super infrigidatio-
nem lactis vaccini de quo extractum est butiruꝫ: ve
rum ipsum conuenit ei qui non habet febrem perio
dicam: necꝫ materiam: necꝫ humorem preparatuꝫ
ad putredinem: ⁊ oportet vt caueatur spissum lac: ⁊
de illis que conferunt eis est zuccarum. ⁊ cum sense
ris putredinem accidentem ex lacte: tunc solue cum
facilitate. ⁊ si timueris calefactionem: tũc abstine ab
eo aliquot diebus: ⁊ cura in ea cum trociscis ⁊ aquis
fructuum: deinde itera lac. Medicine vero infri-
gidantes que non habẽt humectationem sunt sicut
trocisci noti narrati. s. trocisci cansorati ⁊ trocisci de
dactilis ⁊ succis frigidis. Et sicut trocisci huiusmo-
di: ℞. spodij boli ar. añ. ʒ. iiij. rosaruꝫ. ʒ. vi. seminis
portulace ⁊ citroli ⁊ cucurbite ⁊ karabe omniũ añ.
ʒ. iij. fiant ex eis trocisci: ⁊ sit dosis põdus. ʒ. ij. ⁊ sũt
boni valde. Et iterum alij proximi eis: ℞. arnoglos
se amili ⁊ gũmi dragaganti' omniũ añ. ʒ. iij. boli ar.
spodij amborum añ. ʒ. iiij. papaueris. ʒ. v. rosarum
⁊ seminis cucurbite ⁊ citroli ⁊ portulace omniũ añ.
ʒ. vi. granorum cydoniorum excorticatorum: ⁊ seminis me-
lonis ⁊ cucumeris omniuꝫ añ. ʒ. vij. succi liquiritie
pondus. ʒ. x. conficiantur cum mucilagine psilij.

Unctiones vero ⁊ epithimata ⁊ emplastra infrigi
dantia ⁊ odoramenta ⁊ caputpurgia infrigidantia
sunt illa que tu sciuisti. ⁊ meliores vnctiones sunt cũ
oleo de cucurbita ⁊ de papauere ⁊ nenufare ⁊ salici-
bus ⁊ violis. Stratus autem infrigidãtes ⁊ hume
ctantes sunt q̀ sunt plani valde de corijs aspersis aq̃
ro. aut de lino de genere eius quod fit in tabrastẽ: et
sit impletio eius illud qd̀ nõ calefacit: imo sit de ge
nere lini pectinati ⁊ renouati ali' duc: aut sit strat⁹ de
corijs que iam sunt impleta aqua postq̃ꝫ sint sup ea
rectificationes que applanent aquam bene ⁊ prohi-
beant eius inequalitatem. Et sint stratus prope aq̃s
⁊ cursus earum ⁊ sub eis folia arborum frigidoruꝫ
⁊ humidorum. s. de salicibus ⁊ sempuiue ⁊ olera hũida
⁊ odorifera frigida sic rose ⁊ foliorum arborum fra͛rum ⁊ p̃
putia vitis ⁊ his similia.

De rememoratione medicinarum humectantiũ. Capitulum sextum.

Clarũ quidem que sunt cũ infrigidatõe re
memoratio iam preterijt. Et restat nũc ꝯsi
derare in qualitate dãdi in potu genera la
ctis: ⁊ lac de quo ẽ extractũ butirũ: ⁊ in qualitate ad
ministratõis tine ⁊ balnei ⁊ administratione vnguẽ
torum ⁊ oleorum ⁊ epithimatum ⁊ reliqui regimi-
nis. Et nos quideꝫ iam docuimus modum dandi
in potu genera lactis in ca. pthisis ⁊ siccitatis stoma
chi: quare oꝫ vt sit illud canon. Et nõ est lac post lac
mulieris sicut lac asine postea lac caprarum cui⁹ pa
scua oportꝫ esse ex herbis ⁊ oleribus frigidis humi
dis sicut scis: nam ipsuꝫ ⁊ proprie lac asine eradicat
ethicam si fuerit ei eradicator: ⁊ nõ est electio super
ipsum nisi prohibeat putredo accidens: aut exspe-
ctatio materiei comprehense. Et lac quidem iuuati-
uum est eis a principio ethice vsqꝫ ad finem eius. et
lac mulieris sugendo sumptum conueniens est om
nibus. Et canon in dando in potu lac de quo extra
ctum est butirum est proximus illi iterum. Et meli⁹
quidem est vt incipias a. ʒ. x. vsqꝫ ad. xxx. ⁊ quod ẽ
supra eas si fuerit virtus adiuuans: ⁊ tibi inest vt cõ
misceas cum eo aliquid de trociscis infrigidantib⁹
Et tibi inest vt addas supra summam predictam in
potione prima ⁊ postrema si fuerit potens virt⁹ sup
digestionẽ. Tina autẽ illa est melior que est tepida
in q̃ non est caliditas multa: ⁊ est cũ hoc cũ virtutib⁹
olerum ⁊ herbarum infrigidãtium ⁊ humectantiũ
⁊ non sit ita vt rorificet nedum q̀ sudare faciat ⁊ nõ
licet vt vapor tine sit calidus: ⁊ si non esset quod ꝓ-
hiberet administrationem tine frigide non eligere-
tur super eam: verum quod prohibeat ab hoc ẽ de
bilitas corporum eoruꝫ ⁊ eorum extenuatio. In pri
mis vero rebus fortasse sanat eos istud: verum de-
bilitateꝫ corporis sanat iam illud cum infrigidatõe
pauca quam facit in complexione eius que possibi
le ẽ vt curetur. Qd̀ si fuerit debilis illo timetur q̀ ca
dant in ethicam senilem; ⁊ illud ſm minus: verum
tamen cum illo tardatur magis tempus mortis: et
fortasse viuit cũ ea tempore cui est quantitas: ⁊ mul
totiens quidem est rectior permutatio eius ad aliaꝫ
ethicam. Illud autem in quo sumus de relatione ti
ne rectius est vt fiat inceptio in ea cum aqua que est
calida ad terminũ: ⁊ fiat gradatio ad frigidam ⁊ ad
temperatam frigidam tollerabilem. hec eniꝫ grada
tio facit corpus susceptibile aque frigide cum lesio
non fiat nisi per aduentum contrarij in complexio
ne subito. Et iterum corpus acquirit ex aqua calida
similitudinem teneritatis: ⁊ tollerat cum ea aquã fri
gidam. Et si iteretur tina in die tribus vicibus erit re
ctum. Et oportet vt administretur cũ facilitate vt nõ
cadat virtus. Et si sumpserit aquam ordei ante tinã
duabus horis erit conueniens: ⁊ si premittat tinam
post emulsionem lactis super corpus eius ſm q̀ di
cemus vt dilatet tina meatus cibi: deinde suscipiat
aquam ordei ⁊ que sunt ei similia: postea expectet:
deinde administretur aqua tine vt dilatetur cib⁹ erit
bonum. Et administretur post tinam ⁊ balneum in
unctio cum oleis infrigidantibus ⁊ humectantib⁹
sicut oleo viol. proprie quando factum est ex oleo
de cucur. similiter oleo nenuf. ⁊ oleo de cucur. et sup
mittetur post tinam ad illud quod est decliuius ad
frigus paruꝫ tollerabile deinde inungatur. ⁊ si pre-
mittatur inũctio ⁊ festinetur: deinde igrediat aquã
frigidam parum erit rectum: ⁊ illud secundum tol
lerantiam: ⁊ non est malum gradatim in eo. Et me
lior quidem horarum huius actionis est post dige

stionem eius: τ si possibile est vt submergatur post ti
nam calidam in aqua frigida subito absq; gradatõ
ne est magis vltimum ex parte cure τ magis forte ex
parte timoris Et effusio eius cum facilitate est mino
ris timoris q̃ submersio infirmi in ea subito τ mi-
noris iuuamenti. Et sit frigus s᷑m quantitatez frigo
ris aque estatis que est inter tepidam τ illam que est
vehementis frigoris. Et si premittatur emulsio la-
ctis super membra sua si non fuerit debilis aut eius
quod mixtum est aqua si fuerit debilis: deinde si ad
ministretur tina erit rectum. nam emulsio lactis sup
corpus est vehementis humectatõnis. Et genera g
dent lactis bona ad emulgendum sunt predicta. Et
oportet vt emulgeantur ex vbere. Et dignius est vt
fiat fixo super inunctõnem fricando ex medicinis p̄
dictis corpori toti τ iũcturis. Ingressio autem bal-
nei non conceditur ei nisi fuerit ita: ne sudare faciat
neq; igniat neq; alteret anhelitum: τ sit calidum aq̃
eius minus calido sui aeris: τ sit calitas aque ei⁹ ita
vt dilectet τ non ledat τ non faciat sudare: τ quãdo
non est in corpore eius materia preparata putredi-
ni: τ proprie cum illud est τ non digestus est cibus:
imo oz vt sit illud cũ volũtas est vt expãdat digestũ
ei⁹ in corpe τ nõ ꝓlõget morã ei⁹ in eo: imo sepet ab
ea velocit. τ qñ separatur ab eo sumat aliqd de hu-
miditatib⁹ τ de sorbitionibus que non nocent ei fa-
ctis ex ordeo τ lacte: τ q̃ndo accidit ei in balneo sitis
sedat eam cum aqua ordei τ aqua alraib τ lac sit lac
asine. τ oportet vt sit introitus in balneum; deiñ exi
tus eius ab eo s᷑m modũ: vt non sit labor in eo om
nino: τ iam enunciauimus illud in locis alijs: τ ite-
rabimus de illo conditionem: oportet vt permute-
tur ad balneũ in lecto portato in quo sunt strati stra
tus ingeniose ita vt perueniat cum eo ad primaz do
mum τ permutetur ad illud quod ex duobus pan
nis factum est plenum lana vel cotto τ dicitur grece
pedetolene quod conueniens est balneo: τ exuatur
vestimentis suis in ea aut in media si non fuerit cali
da τ non moretur in aliqua earum nisi quantitate p
mutationis τ anhelitibus paucis τ iam exutus ve-
stimentis: deinde ingrediatur ad domum secundaz
τ tertiam. verũtamen non sit vehementis caliditatis
τ stet in ea quantitate qua tolleret tinam. Hoc est il-
lud quod dictum est: τ qd magis est dilectum mihi
est vt sit tina eius in domo media temperata. Cum
ergo separatur a tina frigida cooperiatur mandibu
li aut farca habẽte duas tunicas τ permutet ad stra
tum suum τ lectum suum cum sua sabana τ exsicce-
tur sudor eius cum mandili τ inungatur τ cibet

De cibatione habentium ethicam. Ca. vij.

Oportet vt separetur in eis cibus: τ non ci-
bentur in saturitate eorum vice vna Am
plius melius quo cibantur est aqua ordei
τ ordeum et panis tritici abluti infusus in aqua fri-
gida: τ genera lactis cuz ab eis non prohibet aliqd
eorum que diximus, et lac vaccinũ de quo extractũ
est butirũ: qñ est plimi nutrimenti τ almes τ cucur-
bita. Et de fructibus melones palestini: τ sunt alra-
ki cognominati apud nos indi. Et quando sentit re
ctificationẽ tunc non est malum cibare ipsum caseo
humido non salito. Et si virtus debilitatur non est
malum vt cibetur iure isfidebegi cuz coriandro hu
mido decocto cum eis que sunt sicut alduragi τ alte
iugi. Et fortasse oportet vt detur eis in potu aliquid
vini subtilis permixti cum aqua multa. τ fortasse est
necessarium vt cibes cum mosos ex carne alduragi
τ alteiugi τ alcubugi τ pulli τ hosume acetoso aut cõ
gelato acetoso ex carne hedi aut carne vaccina: qñ
est illic fortitudo digestionis. Et acetum almosos τ
ɔgelati est iuuatiuũ eis τ confortatiuũ in hac dispo-
sitione. Et fortasse non est excusatio ab aqua carnis
ꝑmixta cũ sirupo de fructib⁹ frigidis acetosis aut vi
tello oui sorbilis. Et quando prolongatur cum ea
debilitas ad syncopim est necesse vt cibentur aq̃ car
nis accepta ex lateribus hedi cuz sale pauco que co
letur τ fundatur super eam quantum totum eius est
de aqua malorum τ quantum est decima eius de vi
no odorifero τ potetur tepida. Aqua vero frigida
que non est valde vehementis frigoris nõ est malũ
si in potu det eis si nõ fuerit debil' aut aliqd ꝓhibẽs
Et illud ꝓhibens: aut erit apã sub hypocõdrijs: aut
erunt in corpore toto chimi putridi τ chimi crudi
qui omnes digestione indigent τ nõ apparet signũ
digestionis. ꝙ si appareat timor erit minor. Et simi
liter si fuerit ethica permutata ex sirsen aut birsen: nã
cum hac melius est vt interdicatur potus aque frigi
de q̃ cum alijs. Ethica enim cum superuenit egritu
dinibũs destruentibus virtutem mollificantibus eã
arefacientibus ossa τ carnem superuenit debilitati.
Cum ergo coniungitur ei super debilitatem post su
ptionem aque frigide nõ moretur quin cadat in ge
nus alterius ethice que cõmunicat huic generi in sic
citate: τ diuersificatur ei in calore τ frigore τ nomina
tur ethica senectutis τ ethica senij. Et illa quidem est
egritudo seua in qua innatus calor iam destructus
est. Et similiter aqua vltimi frigoris τ plurimi nocet
eis in omni dispositione τ corrumpit innatum ca-
lorem membrorum eorum radicalium. Et fortasse
festinat cum eis aut permutat eos ad modum aliuz
ethice.

De succurrendo dispositõnibus sequentib⁹ ethi
cam. Ca. viij.

E illis est syncopis: τ iam dixim⁹ regimen
in hoc multotiens. Et de illis est fluxus
vẽtris. Et oportet vt curetur τ succurratur
ei: Nã in hoc est timor magn⁹. Et de curis ei⁹ in pri
mis est vt sit aq̃ ordei cor aq̃ sauich: τ ponant in aq̃
ordei eorũ miliũ torrefactũ τ gũmi aut lentes elixate
iterate aut lac decoctũ cũ lapidibus aut cũ igne solo
donec consumatur eius aquositas: τ proprie cũ mi-
lio. Et potent hos trociscos: ℞. boli armeni. ʒ. v. ca
stanee torrefacte ros. omniũ añ. ʒ. iiij. spodij karabe
amborũ omniũ añ. ʒ. iij. seminis acetose excorticati
granorũ berberis amborũ añ. ʒ. vi. fiant trocisci cũ
succo citoniorum. Et detur in potu aq̃ pirorũ in mã
ne τ apud somnũ. Et detur in potu psiliũ torrefactũ

⁊ similiter suffuſ de ſpodio in quo eſt bdelliũ de me
cha eſt iuuatiuum valde: ⁊ ſi peruenit ad excoriatio
nem curetur excoriatio cum cliſteribꝰ que ſcis: quĩ
illud eſt conueniens.

De ethica ſenectutis. Ca. ix.

Currit conſuetudo vt dicant ethicã ſenectu
tis poſt febrẽ ethicã: ⁊ nos etiã incedamꝰ
via conſueta. intentio itaqꝫ ethice ſenectu
tis eſt dominiũ ſiccitatis ſuper complexionẽ abſqꝫ
febre. Et quãdoqꝫ fit cum equalitate in calore ⁊ fri-
gore ⁊ illud eſt ſm minus. ⁊ quandoqꝫ fit cũ frigo
re ⁊ nominatur hec diſpoſitio ſenectus ⁊ ethica ſe-
nij: quoniaꝫ corpori accidit in hora ſenij illud qð
accidit in illa hora de aldubul ⁊ ſiccitate. Et ſenes q
dem ſunt velocioris caſus in ea ꝙ iuuenes: ⁊ iuue-
nes velocioris caſus in ea ꝙ pueri: licet accidat in
iuuenibus ⁊ pueris. Et cauſa faciens cadere in eaꝫ
aut eſt frigus dominans cum debilitate corporis:
quare prohibet virtutem nutritiuam ab operatiõe
ſua integra ſicut accidit iterum in fine vite. Et de
hoc capitulo eſt potus aque frigide nõ in hora ſua
aut ſuper debilitatem corporis cũ febre aut diſpoſi
tione aut ſucceſſione exercitij reſoluentis virtutem
⁊ aperientis poros: ⁊ quod vocat ad attrahenduꝫ
aquã frigidam ad viſcera ſubito. aut vapores frigi
di qui eleuantur ad cor ⁊ infrigidant complexionẽ
eius: aut caliditas que reſoluit ⁊ liquefacit humidi
tates quare caliditas innata debilitat̃ ⁊ ſuccedũt fri-
gus ⁊ ſiccitas. ⁊ quãdoqꝫ ſequuntur euacuationes.
Et quandoqꝫ attrahit hanc egritudinẽ ſupfluitas
in infrigidando paciẽtes febres cũ eiſ que bibunt ⁊
emplaſtrantur. Et hec quideꝫ egritudo quando
confirmatur non curatur: ⁊ ſi eſſet ei ingenium eſſet
morti ingenium.

De ſignis Capitulum. x.

In iſtis videntur ſigna alduburen ⁊ exſic-
cationis ⁊ non videtur in eis incenſio et
inflãmatio: imo fortaſſe inueniuntur frigi
di tactus. Et eorꝝ pulſus non eſt ſicut pulſus habẽ-
tium febres ethicas: imo ẽ tardus puus ⁊ rarus: ni
ſi fortis fiat debilitas: quĩ tũc incipit pulſus fieri fre
quens. ⁊ ꝑprie in illis quibus aduenit hoc ex potu
aque frigide. Et quãdoqꝫ ẽ vrina eorꝝ alba ſubtil'
aquoſa ⁊ ſunt in diſpoſitionibus ſuis ſicut ſenes.

De curatione ethice ſenectutis. C. xi.

Non adhibet̃ hec cura niſi cũ nõdũ cõfir-
mata eſt ⁊ ſperatur ꝙ nõ cõfirmet̃ ⁊ cũ cõ
firmata ẽ ſperatur ut poſtponat̃ ꝑditio pa
rũper. Et canõ quidẽ in curatiõe eorꝝ eſt calefactio
⁊ humectatio. Et ex humectatione ſunt balnea ſm
ꝙ ſciuiſti que nõ adminiſtrẽtur niſi poſt digeſtionẽ
nã ſi ipſa adminiſtrẽt̃ ſucceſſiõẽ comeſtionis faciũt
cadere virtutẽ. Et cliſteria facta ex capitibꝰ ⁊ pedibꝰ
⁊ cicere ꝯtrito ⁊ ficubꝰ cũ melle ⁊ camenulla de quo
adminiſtret̃ quãtitaſ medie libre cũ. ℥. ij. olei ſiſami
ni ⁊ aliquãtulo olei de been. ⁊ adminiſtret̃ fricatio ſu
per cibationẽ. Et lac coctũ cũ lapidibꝰ eſt vehemẽ-
tis iuuamẽti eis. Et mel eſt vltimũ in iuuamẽto eorꝝ
ſicut eſt vltimũ i nocumẽto hñtium febrẽ ethicam.
Et oĩs cibꝰ humectãs facilis penetrationis velocis
deſcẽſionis in quo nõ eſt viſcoſitas ſicut aqua car-
nis ⁊ vitelli ouorꝝ ſorbiliũ ⁊ vinũ ſubtile odoriferũ
parue quãtitatis eſt vehemẽter cõueniens eis. Et
oꝫ vt obſeruet̃ humectatio ꝑdicta in capitulo ethi
ce. ⁊ miſceatur cũ ea qð calefaciat ex odoribuſ ⁊ em-
plaſtris ⁊ vnctionibꝰ fricãdo ⁊ cibis alijs.

Tractatus quartus de febribꝰ peſtilentialibus
⁊ que ſunt homogenea ⁊ variolis ⁊ morbillo.

Capitulũ primũ de febre peſtilentiali.

Quãdoqꝫ accidit aeri qð docuimus
te i li. vniuerſaliũ. ſicut accidit aque
de alteratione i qualitate ſua ad ca
lorẽ ⁊ frigus ⁊ de alteratiõe in natu
ra ſua ad ꝓfundationẽ ⁊ putredieꝫ
ſicut ꝓfundatur aqua ⁊ fetet ⁊ pu-
trefit: ⁊ ſicut aqua nõ putrefit vllo
mõ ꝓpter ſuã ſimplicitatẽ: imo ꝓpter illud qð ad-
miſcet̃ ei de vaporibus malis qui pmiſcẽtur ei ⁊ ac-
cidit toti qualitas mala. Et quãdoqꝫ ẽ illud cau-
ſa ventorꝝ deferentiũ ad locũ bonuꝫ fumos malos
ex locis fetidis in quibus ſunt valles ꝓfunde ⁊ cor
pora exſiccata in prelio aut occiſa non ſepulta neqꝫ
tumulata. Et fortaſſe eſt cauſa propinqua loco in
quo venit. Et quãdoqꝫ accidunt putredines in in-
terioribus terre propter cauſas quarũ euẽtus igno
ratur ⁊ nocere faciũt aquam ⁊ aerem. Et febres q
dẽ accidentes cauſa aeris ſicci: fiunt iterum cauſa ut
eueniant febres cholerice. Peſtilentiales vero fiũt
ex aere turbido ⁊ humido: ⁊ febres i aere hũido ſũt
pluris euentus: ſed ſunt minoris acuitatis ⁊ longio
ris ſpacij. In eſtate vero ſicca pauce pluuie ſunt mi
noris euentus ⁊ maioris acuitatis ⁊ velocioris ſepa
rationis. Et meliora tempora ſunt que ſeruant ma
teriam ſuam. Et principiũ oĩum horꝝ ſunt forme ex
formis celi facientes eſſe neceſſariũ illud cuius ad-
uentus ignoratur: licet ſint quidã qui dixerũt in eo
aliquid non ꝓportionatũ ad cauſam eius: imo oꝫ
ut ſcias ꝙ cauſe prime longinque ad illud ſunt fi-
gure celeſtes ⁊ propinque diſpoſitiones terreſtres.
Et quandoqꝫ faciunt neceſſario virtutes agẽtes ce
leſtes: ⁊ virtutes paciẽtes terreſtres humectationeꝫ
vehementẽ aeri: ⁊ expelluntur vapores ⁊ fumi ad
ipſum ⁊ ſparguntur in ipſo ⁊ putrefaciunt ipm cuꝫ
caliditate debili. Et quando fit aer ſm hunc modũ
venit ad cor: quare corrumpit complexionẽ ſpiritꝰ
qui eſt in ipſo ⁊ putrefit qð circũdat ipm de humi-
ditate: ⁊ accidat caliditas egreſſa a natura ⁊ ſpargit̃
in corpore: tunc per cauſam ſuã erit febriſ peſtilẽtia
lis. Et cõicat multitudini hominũ qui iterũ hñt in
ſeipſis ꝓprietatẽ preꝑationis. Agens eni ſolũ cum
peruenit ⁊ pacienti nõ eſt preparatio nõ accidũt ac
tio ⁊ paſſio. Et preparatio corporꝝ ad illud in quo
ſumus de paſſione eſt ut ſint plena humoribꝰ mal'

naz munda non forsitan patiuntur ex illo. ⁊ corpo ra debilia iterum pacientia sunt ex ea sicut illa que multiplicant coitum ⁊ corpora dilatatoꝝ pororum humida multe balneationis.

De signis febris pestilentialis. Ca. ij.

Ec febris est quieta exterius cõturbans interius ſm plurimũ perdens. Ex qua percipitur caliditas ⁊ inflãmatio fortis. Et ẽ cum ea magnitudo anhelitus ⁊ eius exaltatio ⁊ cõstringitur multũ ⁊ curat multũ ⁊ frequentat: ⁊ vehementia sitis: ⁊ siccitas lingue. Et quandoqꝫ fit cum nausea aut casu appetitus: ⁊ si non resistitur ei cũ comestione violenter interficit eũ: ⁊ dolor oris stomachi. ⁊ magnitudo splenis. ⁊ angustia vehemẽs. ⁊ inquietudo. ⁊ fortasse erit tussis sicca. ⁊ casus virtutis ⁊ peruenitur in ea ad sincopim. ⁊ cõmixtionẽ rationis. ⁊ tendit quod est sub hypocõdrijs. ⁊ fiunt cuz ea vigilie. ⁊ mollificatiõ corporis. ⁊ tepor. Et quandoqꝫ accidit cũ ea bothor subalbida ⁊ rubea. ⁊ quãdoqꝫ est velocis occultationis. ⁊ accidũt cola ⁊ vlcera. ⁊ fit pulsus ſm plurimũ frequens paruus. ⁊ fit vehemens ſm plurimũ in nocte. Et quãdoqꝫ accidit eis dispositio sicut hydropisis. ⁊ fluxus vẽtris cholere ⁊ alioꝝ. ⁊ est egestio eius lenis feda non naturalis. Et quandoqꝫ est melancolica ⁊ plurimũ eius est spumosũ fetidũ: ⁊ est in illa aliquid de genere eiꝰ quod liquefit. ⁊ est vrina aquosa cholerica melãcolica. ⁊ multotiens euomunt melãcoliã: cholerã vero post illã. ⁊ sudant sudore fetido. Et hec quidẽ febris incipit cũ accidẽtibus predictis cũ fortitudie sua. ⁊ venit res eius ad syncopis. ⁊ frigus extremitatum. ⁊ spasmũ ⁊ alcuzez. Et quãdoqꝫ est de his febribus pestilentialibꝰ in qua ñ percipit eger: nec tangens ꝓpinquus multitudinẽ caloris. ⁊ non alterat pulsus ⁊ aqua magna alteratione: ⁊ cũ hoc ipsa est interficiens velocit̃ ⁊ hesitant medici in esse eius. Et plurimũ quoꝝ anhelitus fetet ex istis ⁊ ex primis moriũtur: nã putredo est iã cõfirmata in corde.

De signis pestientie aeris. Ca. iij.

E illis que significãt pestilentiam ⁊ de rebus que currũt cursu causarũ est ut multiplicentur rhoioni ⁊ asuhub in principijs autũni ⁊ inebul: nã indicat pestilentiaz indicatione cause. Et quãdo multiplicat auster ⁊ subsolanus in kenis diebus aliquot. Et quotiens videris turbiditatẽ aeris ⁊ nebulositatẽ eius ⁊ exist maueris pluuiam ⁊ inueneris aerẽ vacuũ siccũ ⁊ non pluit: tũc scias ꝙ complexio hyemis erit corrupta. Pestilentiã autem estiuã malignaz malã significat paucitas pluuie in vere cuz frigore: deinde multiplicatur auster ⁊ conturbatur aer aliquot diebus: deinde clarificatur post hebdomadã vnam non supra. ⁊ accidit frigus in nocte: in die calor est vehemens ⁊ prefocatio ⁊ conturbatio ⁊ caliditas: tunc iam venit pestilentia ⁊ expectantur febres pestilentie ⁊ variole ⁊ his similia. Et similiter quando estas non est vehementis caloris: ⁊ est vehementis conturbationis habens matutina alterata: ⁊ iam preterierũt in autumno asuhub ⁊ ignes ⁊ vehiziz ⁊ alia est signũ pestilentie ⁊ alioꝝ. Et similiter quando videris aerẽ alterari in die vno multis vicibus: ⁊ clarificatur aer die aliquo ⁊ oritur sol clarus: ⁊ cõturbatur die alio ⁊ oritur in velaminibus nebule que ẽ ut puluis tũc iudica ꝙ pestilentia accidet. Signa autẽ que sunt ſm semitã societatis cause sunt: verbi gratia videas ranas iã multiplicari: ⁊ videas reptilia generata ex putredine iam multiplicari. Et de eis que significãt illud est ut videas mures ⁊ animalia que habitant sub terra fugere ad supficiẽ terre ⁊ exire mãifeste. Et videas aialia male nature sicut alakaliki ⁊ eis similia fugere ex nidis suis ⁊ ire ab eis: ⁊ fortasse dimittunt oua sua.

De curationibus febrium pestilentialium. Capitulum quartum.

purgatione que fit cū est apparatio nature in eligē
do horā aut eligendo dispositionē cū auxilio dei sit
in quibus habetur fiducia. Si aūt accidat pugna
egritudine incitāte eā τ inquietudo: τ illud ē de eis
que significant vehemētiā oppressionis egritudinis
τ pmutationis materiei ppter illud qd̄ tendit semp
apud declinationē humoris ad os stomachi: quare
mouet vomitū: aut ad fundū eius quare mouetur
fluxus vētris. Et silr est dispositio cū facit accide-
re tussim τ sternutationē. Et silr cū sunt significatio
nes significantes q crisis eueniat in die sicut quar-
todecimo: qm̄ antecedit sēp eū τ inuenit principiū
crisis moueri ante ipm in die quāuis sit creticus sicut
vndecimus: tūc illud significat q crisis nō erit com
pleta τ licet qn̄q3 sit bōa: sed significat q natura iu
uata est in pugna. Qd̄ si egritudo fuerit mala frau-
dulēta tūc nō sperat q crisis sit bona. τ si egritudo
fuerit salua tunc nō speratur q crisis sit cōpleta. Et
ad vltimū quidē antecessio motuū crisis ante statum
quē egritudo illa meret: aut fit ppter virtutē egritu
dinis aut ppter vehemētiā motus eius τ acuitatis
ipsius: aut ppter causam extrinsecā excitantē quod
de ea quietū est ppter errorē in cibo aut i potu: aut
exercitio aut ppter accidēs animale: nā accidētib⁹
animalibus inest introitus in motione crisis τ i al-
teratione partis eius: timor eni ponit crisim ut fiat
fluxu ventris aut vomitu aut vrina: τ gaudium facit
ut ipsa fiat sudor. τ illud quidem fit fm motū spiri-
tus ad interiora τ ad exteriora. τ quando antecedit
pugnā taliter ut virtus nō figat cū ea vsq3 ad statum
est illud significatio mortis: τ fortasse remanet vir
tuti residuū aliquod vsq3 ad statū τ est saluū. Et sci

as q crisis nō cadit in die τ hora quietis τ trāquilli
tatis neq3 in hora tēporis a vehemētia nisi raro et
parū. τ primū amborū est minus. Et archigenes q
dem neq3 vidit ipsū in crisibus suis nisi bis. τ Gal.
semel. Et melior quidē crisis ē illa que fit i hora sta
tus. in ea vero que ipsū antecedit non est fiducia: im
mo est aut diminuta aut mala cōpressiua. in princi
pio nunq3 fit crisis nisi pniciosa. Et ad vltimū qui
dē accidētia signorū crisis in primis dieb⁹ egritudis
significat pnitionē: τ in eius augmēto cū ē laudabi
lis significat crisim diminutā: in declinatione vero
nunq3 fit crisis. Qualiter vero eueniat in ipsa mors
aut dispositio que nō est bona crisis post dicemus
Et scias q crisis in egritudinib⁹ saluis postponit
natura .n. nō est egressa qr possibile ē ei vt expectet
vsq3 quo inueniat cōplemētū digestiōis τ in morti-
feris antecedit. Et nō relinquit eger ab ipugnatio
ne sue egritudinis subito: τ non ē fm semitā resolu-
tionis nisi quia est quādoq3 euacuatio laudabilis
aut exitura laudabilis. τ resolutionem aūt liberantē
τ arefactionē mortificantē nō antecedūt accedētia
timorosa neq3 euacuationes sensibiles. Et scias q
egritudines sunt diuerse: de eis eni sūt que mouent
in principio deinde sedātur τ quiescūt τ de eis sunt
que sunt econuerso. Et multotiens quidē significāt
significationes q crisis erit per expulsionē materiei
egritudinis a natura ad latus aliquod: τ i expulsio
ne materiei ad ipm ē nocumentū quare necessarium
est ut confortetur illud latus τ illud mēbrū τ declinet
materia ad ɔtrariū. Et scias q quandoq3 venit cri
sis τ numeratur ex sexto τ est septimi τ iā tūc verifi-
cat principiū egritudinis: nā bona crisis raro fit in
sexto. Et scias q species alterationis egritudis sūt
sex. egritudo eni aut alteratur ad sanitatem subito:
aut ad mortē subito: aut ad sanitatē paulati: aut ad
mortē paulati: aut aggregant in ea vtreq3 res τ con
uertitur ad mortē aut ad sanitatē. τ scias q nomen
crisis fm q dixit ille cuius sermoni creditur ē deri
uatū in lingua greca a separatiōe plocutionis que
est vni duorū disputantiū aut cōtrouersantiū apud
iudices sup aliū quasi sit separatio τ exitus ab alte-
ratione.

De fmone vniuersali de signis crisis. Ca. iij.

Crisim antecedūt quādoq3 si casus ei⁹ fue
rit nocturnus in die: τ si fuerit eius casus
diurnus in nocte dispositiones τ res que
sunt signa eius sicut inquietudo τ angustia τ volu-
ptatio τ grauitas τ conturbatio sensus τ dolor capi
tis τ dolor colli τ vertigō τ scotomia τ imaginatio
nes corā oculis τ tinitus τ sōnus τ pruritus in na-
so τ alteratio coloris in facie τ lepore subito ad ru-
bedinē τ citrinitatē τ tremor labij τ oculorū τ pul-
sus cordis τ nausea τ sitis τ tremor cordis τ dolor
in stomacho τ strictura anhelitus τ difficultas acci
dens subito τ grauitas hypocōdriorū τ tēsio ineis τ
dolor τ salt⁹. τ dolor i dorso τ salt⁹ in lacerto τ pū
ctura τ rugit⁹. τ qn̄q3 accidit horripilatio significās
eam. τ accidit dolor lassitudinalis. τ qn̄q3 alterat

pulsus a dispositione sua in ea ⁊ significat ipsam. et retinētur quandoqꝫ causa crisis res quarū consue-tudo fuit ut euacuerentur ut sanguis mēstruus aut hemorroidarū aut fluxus vētris ⁊ significat ꝙ motus eius vadit econtrario in parte. Et signa nocturna diurnis sunt vehemētiora: ⁊ causa in hoc ꝓculdubio vt sit est quoniam materia faciēs egritudinē auget accidētia ⁊ significatiōes causa sui motus

Et diuersificatur aut propter diuersitatē materie: aut causa diuersitatis motus: et diuersitas quidem causa diuersitatis materie est verbi gratia: vt sit motus materie quando est ad superiora. Deinde significent significationes speciei egritudinis et etatis ⁊ complexionis ⁊ aliaꝝ ꝙ materia ē sanguinea expectat tunc medicus fluxum sanguinis nariuꝫ. ⁊ si significant ꝙ ipsa est cholerica expectat vomituꝫ ƒm plurimum nisi alie significationes ei approbante significēt fluxuꝫ san. nariū. multotiēs eni fit crisis eius fluxuꝫ san. nariū ⁊ antecedūt eā imaginatiōes cholerice. Et fluxus quidem sanguinis nariū quandoqꝫ cōsumit materias egritudinū furiosarum et fit sanitas statim. Cā autē partis motus quoniā ipsa mouetur vt violenter vadat super mēbra principalia ⁊ que sequūtur ea de visceribus ⁊ facit accidere nocumētū in operatiōibus suis ⁊ ad impedimētum consequens ea sicut eueniūt ex parte cerebri ꝑmixtio sensus ⁊ dolor capitis ⁊ qđ diximus cū eis: ⁊ ex parte cordis pulsus cordis ⁊ malitia anhelitus ⁊ quod diximus cū eis vtrisqꝫ. Aut mouetur versꝰ expl'sionē ⁊ fit illđ ƒm duos modos: nā aut īcipit expellendo ex omni parte ⁊ longitudine ⁊ est illud ad totū illud quod apparet: ⁊ est hoc cū sudore. aut incipit tendere versus partē vnā ⁊ cū incipit pars eius ex oī ꝑte fortasse est pars taliter ꝙ quando incedit non est excusatio quin incessus sit per mēbra principalia. sicut pars altera: nam materia tendens ad eā pertransit super fines mēbrorū quare accidūt anhelitus: ⁊ super fines cerebri iterū accidētia similia accidentibus eius si nō esset expulsa: imo eēt violenter ibi permanēs. ⁊ fortasse est pars versus mēbra que sunt minus ꝗ̄ principalia sicut os stomachi cū intētio materiei expellende per crisim est ut expellat vomitu. Aut est de principalibus verūtamen est tollerans cōmune officium nō velociter perueniēs ad corruptionem sicut peruenit ad fines epatis ⁊ expellitur ex via vesice aut fellis ex oī parte loci expulsionis crisis sicut in stomacho vomitu. ⁊ si ad fines capitis fluxu sanguinis nariū ⁊ similibus ei ad fines epatis vrina ⁊ ad partes intestinoꝝ fluxu ventris:

Et quando est forma hec non est longinquū quin motui eius in omni parte sit signū significans ꝙ illđ qđ seperatur đ expulsione eius est illius generis si crisis que expectatur fuerit bona: aut signum significans malitiā eius primam ex suo aduentu impediente illud membrum si fuerit crisis mala. Et fortasse est signum vnum bonū ad hoc ut significet partes plures sicut pulsus cordis quādoqꝫ significat ꝙ materia est expulsa ad os stomachi ⁊ significat ꝙ materia violenter superuenit cordi. Et fortasse est signum vnum significans rem vniuersalem cōmunem motui ad partem vnam ⁊ expectantur signa alia quibus significatur modus quo expellit ex illa parte sicut dolor capitis ⁊ strictura anhelitus ⁊ tensio hypocondrioꝝ ad superiora: ista enim significant ꝙ materia mouetur ad superiora: deinde non iudicatur ꝙ ipsa expellatur ex via vomitꝰ aut ex via fluxus sanguinis narium nisi per signa alia.

Et quādoqꝫ significat ꝙ crisis cadens ex parte aliqua est retentio eius quod currit vt separatur ex cōtrario illius partis sicut retentio nature cum signis crisis bone significat ꝙ motus creticꝰ superior nō inferior est: aut fluxu vrine aut sudore aut vomitu: aut fluxu sanguinis nariū. Et quandoqꝫ significat species egritudinis partem crisis eius sicut apostema epatis cum est in latere gibboso tūc crisis eiꝰ est aut per fluxuꝫ sanguinis naris dextre aut per sudorē laudabilem aut per vrinā. Et si est in latere concauo est per fluxum ventris aut per sudorem: aut per vomitum ⁊ sicut febres causon: plurimum enim crisis eius est aut per fluxum sanguinis nariū aut per sudorem ⁊ antecedit eam tremor: ⁊ quandoqꝫ fit vomitu ⁊ fluxu ventris ⁊ ꝓprie sicut tertiana. Et similiter fe. apostematū capitis crisis non fit vnqꝫ fluxu sanguinis narium neqꝫ peripneumōie neqꝫ lethargie: pleurisis vero est inter hec ⁊ hec. Et multotiens quidem fit egritudinis crisis speciebus quarum aggregatione completur crisis sicut causō cum fit in ea crisis prius fluxu sanguinis nariū. deinde completur sudore abundante. Et pregnās quidem multotiens habet crisim cum abortu. Et scias ꝙ non quotienscunqꝫ existunt signa crisis faciunt necessario crisim bonam aut malam: imo quādoqꝫ non sequitur eam crisis omnino in hora illa licet non sit excusatio quin crisis sequatur ea ꝓculdubio bona aut mala in alia hora ꝗ̄ in illa hora in qua continuantur signa. Naꝫ non quotiens vides sudorem ⁊ vomitū ⁊ fluxū ventris ⁊ dolorem capitis et perturbationem sensus aut malitiam anhelitus aut profunditatem somni aut aliud de omnibus illis que numerabimus est cū eis crisis licet ƒꝫ plurimū significent. Nam quedā eoꝝ sunt signa tantū crisis sicut dolor capitis. Et quedam eorum sunt signa ⁊ pars crisis sicut nausea: ⁊ cum apparēt signa crisis ⁊ non fit crisis: tunc aut est ƒm ꝙ dixit Hypo. significatio mortis aut difficultas crisis. Et qñqꝫ est aliq̄ de rebus que sūt de signis crisis accidens per causam aliā ab ea que facit apparere crisiꝫ quāuis sit in aliqua horarū signorū crisis sicut accidit in tertiana longa ante ꝑoxismū ingetudo ⁊ cōmotio ⁊ in pluribꝰ horis antecedētibꝰ ꝑoxismum absqꝫ significatione crisis. In tertiana v̄o pura ƒm plurimū est signū crisis. Et de illis que tibi idicāt viā ad cognoscēdū ex īfirmo ꝙ eiꝰ sāitas aut mors erit cū crisi aut nō: est cōsideratō tua in motu egritu

dinis ⁊ virtute eius ⁊ natura ⁊ hora presẽti: ista eniȝ indicãt tibi ꝙ dispositio facit necessario pugnaȝ fortem inter materiã ⁊ naturã ⁊ sustinet pugnaȝ. Et scias ꝙ significationes bonitatis crisis sunt significatõnes significantes victoriã nature ⁊ non fallit hoc. et significationes malitie eius ⁊ ipius diminutionis significant iurgiuȝ ⁊ duellũ quod currit inter naturã ⁊ inter illud qđ impugnat eã. ⁊ non est possibile tibi ut ex toto iudices ꝙ natura vincet. ꝓculdubio nisi multiplicent ⁊ magnificẽt. O quãta timorosa signa vidim⁹ de ꝓfũditate somni ⁊ casu pulsus ⁊ abscisione sudoris ꝓducẽtia post horas ad crisiȝ ꝯpletam ⁊ bonam qñ natura in huiusmõi iam cessauerat de omnibus operibus suis ⁊ tota occupata erat i egritudine: ⁊ postq̃ rediit tota virtus ad eaȝ vicit eam ⁊ expulit: ⁊ fortasse non sufficit cuȝ ea. ⁊ illud in pluribus horis est quoniã ipa non cessat ab oibus opationibus nisi ꝓpter rem magnaȝ: nam dubiũ nõ est quin ꝓpter rem magnaȝ deficiat. Et scias ꝙ exuberatio signoꝝ crisis ſm continuitatẽ in duob⁹ diebus continuis sicut tertio quarto verbigratia: significat velocitatem crisis: deinde est bonitas ⁊ malitia ſm cõparatione que ego dicam: ⁊ ꝓprie quãdo antecedit paroxismus fe. plurimuȝ ⁊ ꝓcipue quãdo apparȝ i pulsu alteratio subito. Si ergo fuerit ad magnitudinem ⁊ non descendit letare. Et scias ꝙ siccitas corporis qualis est in senibus ⁊ eius obfuscatio in dieb⁹ egritudinis significat tarditatem crisis. Et egritudines sicce valde aut sunt mortifere aut tarde crĩ. Et significat quãdoq̃ horas crĩ. ⁊ dispositiones eius omnes ⁊ iudicia signoꝝ eius illud sup quod inueniũt̃ signa egritudinis ſm plurimũ. Et scias ꝙ pulsus apparens est sicut significatio cõmunis spẽbus crisiuȝ euonũ. at vero magnus significat ꝙ motus est ad exteriora cũ sudore aut fluxu sanguinis nariũ ⁊ nõ magnus. ⁊ velox ad interiora significat vomitũ ⁊ fluxũ ventris. Et ad sũmuȝ omnis aggregatio ad expellẽdam materiam natura exñte forti non caret manifestatione pulsus ⁊ si nõ fuerit latus ⁊ decliuis ad ambo latera ⁊ ãteq̃ fiat fortis indiget constrictione ⁊ coartatione. ⁊ fortasse aggregant̃ duo signa ⁊ sunt due res sicut vomitus ⁊ sudor ⁊ sicut vomitus ⁊ fluxus sanguinis nariuȝ. Et q2 iam satis fecimus de istis canonibus intendam⁹ i distinguendo paꝝ.

De signis motus materiei in crisi ad superiora. Capitulum .iiij.

Signũ illius est dolor capitis ꝓpt̃ eleuationeȝ vapoꝝ in significationib⁹ vomit⁹ aut cũ cõitate oris stomachi iteꝝ in significatõnibus vomitus. Et iteꝝ in significationib⁹ illius sũt vertigo ⁊ grauitas in vtrisq̃ temporibus ⁊ sonitus ⁊ tinnitus ⁊ surditas que oĩa accidunt subito. Et qñq̃ associant̃ ei aut antecedũt illud tempe paruo constrictio anhelitus ⁊ dolor in collo ⁊ tensio myrac et hypocondrioꝝ ad supiora absq̃ dolore ⁊ inflãmatio capitis. Et scias ꝙ egritudines et accidentia fortia fiunt in nocte: quoniaȝ natura occupat̃ in digerendo materiam ⁊ in alijs ⁊ omni re.

De signis distinguendi oĩa illa. Capi. v.

Quod si associant̃ omnibus illis tenebrositas ⁊ caligo in oculo que separant̃: ⁊ sit cũ eis amaritudo oris ⁊ tremor labij inferioris ⁊ apparet affirmatio rei per casuȝ doloris in ore stomachi aut nauseaȝ ⁊ attractionem saliue ⁊ sputũ cordis ⁊ coartationẽ pulsus ⁊ ꝯstrictionem. ⁊ ꝓprie quãdo accidũt infirmo post ista horripilatio ⁊ frig⁹ sub hypocondrijs tunc iudica ꝙ ipa ventura est ꝑ vomituȝ ⁊ ꝓprie quando materia est cholerica ⁊ febris cholerica non existens de incessiuis ⁊ ꝓprie qñ citrinat̃ facies in hac dispositione ⁊ cadit color. Et multotiens qdem attrahit vomitus eueniens post grauitatẽ capitis ⁊ dolorẽ stomachi in pueris ꝓpt̃ debilitateȝ neruoꝝ ipoꝝ spasmũ: ⁊ in mulierib⁹ ꝓpt̃ ꝯsuetudineȝ matricũ ipaꝝ dolorem matricuȝ: ⁊ in senibus ꝓpter debilitatem virtutũ eoꝝ egritudĩes diuersas expansas ꝓpter expansionẽ materiei q̃ mouet̃ in eis. Qđ si associata fuerit illi tensio in parte epatis aut ꝑte splenis absq̃ dolore. naȝ splen communicat supnis etiã per venas que sunt in eo approximãtes ꝑte nasi ⁊ venis eius q̃uis non continẽtur cũ eis ⁊ videt infirm⁹ fila rubea aut lucentia ⁊ resplendentia ⁊ rubet facies multũ aut oculus aut nasus aut latus ei⁹ ⁊ currũt lachrime subito ⁊ appãct pulsus ⁊ inũdat ⁊ festinat eius dilatatio ⁊ acuitur nasus ⁊ est inflãmatio capitis vehemens valde ⁊ dolor capitis ꝑcussiuus: tũc expectet̃ fluxus sanguinis nariuȝ: ⁊ ꝓprie qñ significat egritudo ⁊ etas ⁊ consuetudo ⁊ complexio ⁊ relique significationes ꝙ materia est sanguinea: licȝ materia cholerica iteꝝ facit qñq̃ crisiȝ ꝑ fluxum sanguis: ⁊ indicãt illud splendor ⁊ imaginationes similes filis ⁊ res ignee citrine vise coram oculis ⁊ plurimum eius est in febre causone cholerica. Et qñq̃ significat pars radij ⁊ prurit⁹ nasi ꝙ fluxus sanguis nariũ accidit ex nare dextra ⁊ sinistra ⁊ ex ambabus naribus simul. Et qñq̃ adiuuat istas significationes iteꝝ frigus adueniens in die crisis ⁊ siccitas alchatin ⁊ cutis. Et quãdoq̃ significat etas. fluxus enim sanguinis nariũ plurimũ accidit ei cuius anni sunt infra triginta. Et quandoq̃ adiuuant has significationes iteꝝ vehementia doloris capitis valde vltra hoc ꝙ facit necessarium esse casus vomitus cum lesionibus alijs ⁊ inflãmatio. ⁊ febris ⁊ sunt eius significationes alie bone non significationes mortis ⁊ in huiusmodi expectat̃ fluxus sanguinis nariuȝ cuius nõ est excusatio.

De iudicio de istis signis cõmunibus predictis ⁊ proprijs. Capitulum. vi.

De signis cõmunib⁹ predictis sunt que sũt conuenientiora fluxui sanguinis narium sicut lachrymia ⁊ tinnitus ⁊ surditas ⁊ tẽsio hypocondriorũ in vno duorũ laterum epatis ⁊ splenis absq̃ dolore ⁊ inflãmatio capitis. Et de eis sunt propriora vomitui sicut strictura anhelitus et tensio hypocondriorum absolute in anteriori parte cuius plurimum est cum dolore in stomacho,

Et scias q̄ constrictio anhelitus ⁊ tensio hypocon-
drioꝝ ad interiora in signis fluxus sanguinis nariū
nō accidūt nisi cū vehementer nitit̄ natura ad expul
sionem fluxus saguinis nariū ꝓpterea q̄ cōcauitas
ventris impletur ⁊ impellitur materia ad superiora
⁊ comprimit membra anhelitus. Et de signis pro
prijs fluxus sanguinis narium ⁊ vomit⁹ sūt que in
vno coꝝ inuenta opponuntur inuentis in altero sicͣ
imaginatio radioꝝ splendentiū est de signis fluxus
sanguinis narium: ⁊ opponitur ei imaginatio tene-
brositatis ⁊ caliginis. Et q̄ñ de signis vomit⁹ est ru
bedo faciei ⁊ de signis fluxus sanguinis nariū ⁊ op
ponitur ei casus coloris ⁊ citrinitas ei⁹ de signis vo
mitus. Et quādoq̄ signū vnius eoꝝ non est op-
positum a'iquo de signis alterius sicut tremor labij
ipse enī est de signis vomitus ⁊ non opponit̄ ei ali-
quod de signis fluxus sanguinis nariū. ⁊ sicut pru
ritus nasi na₃ ipse est de signis fluxus sanguinis na
riū ⁊ nō opponit̄ ei aliquod de signis vomitus.

De signis decliationis materiei ad sudorē. Ca. vij.

Cum fit pulsus vehementis vndositatis ⁊ ē tactus manus super cutē ita q̄ sup ea per
uenit, roritas ⁊ tingitur rubee ⁊ inuenit cale
factionē cutis cū hoc maiorem ea que fuit ⁊ inflam
mationē eius ⁊ rubedinē ipsius maiorē ea que fu-
it: ⁊ vrina est tincta tendens ad grossitiē ⁊ ꝓprie q̄ñ
tangitur in quarto ⁊ ingrossat̄ in septimo: tunc exi-
stima q̄ sudor erit. Et similit̄ quādo accidit in egri
tudine chronica rigor fortis vehemens ⁊ post ipm̄
fit fe. vehemens virtute existente forti ⁊ signis bonis
expecta tunc sudorem ⁊ p̄cipue quādo minoratur
egestio ⁊ vrine fluxus continuatur sup ipm̄. Et
ad sīmiū fe. incensiue cum non terminant̄ fluxu sā-
guinis nariū terminant̄ sudore ⁊ antecedit ipm̄ ri-
gor. Et si eger videt balneū ⁊ pināꝫ ⁊ p̄parationem
ad illud in sōno suo: tunc est significatio sudoris.
Et tinctura vrine significat per significationē primā
q̄ materia facit crisim per viā venaꝝ ⁊ illa via est su
doris aut vrine deinde separat̄ p id quod diximus.
Et non oportet vt expectet̄ crisis sudoris cū solu-
tione nature dominante. Et oportet in euacuatio
ne expectata cum sudore ut sit illic augmentū febris
⁊ caloris expansio ⁊ apparitio cum virtute forti.

De signis declinationis materiei ad membra vrine. Capitulum. viij.

Significant illud grauitas in vesica ⁊ reten-
tio in egestione ⁊ effectus signoꝝ solutōis
ventris que ego dicam ⁊ signoꝝ vomitus ⁊
fluxus sanguinis nariū ⁊ sudoris que diximus. Et
scias q̄ ardor virge cum grauitate vesice ⁊ reliquis
significationibus est significatio fortis q̄ crisis erit
fluxu vrine. Et quādoq̄ significant ipā exubera-
tio vrine ⁊ grossitudo eius in alijs diebus ⁊ inuen-
tio sediminis in ea Et fortasse accidit fluxus vrie
in ea fm significationē egestionis ⁊ fm q̄ dicam in
ca. egestionis. Et scias q̄ quando multiplicat̄ ag
gregatio vrine in vesica cum paucitate solutionis vē
tris ⁊ paucitate sudoris in ea hora: aut in natura in
firmi ⁊ forma membroꝝ eius aut sensu q̄d apparet̄
de eo tunc expectat̄ crisis per vrinā absq̄ fluxu vē
tris ⁊ sudore ⁊ ꝓprie in hyeme.

De signis declinationis materiei ad viam egestionis. Capitulum. ix

Significāt illud in p̄mis genus supfluitatis
cū scitur q̄ non est sanguinea: ⁊ cum scit̄
q̄ cum hoc est multa. deinde fit maior af
firmatio eius ex signis difficultatis vrine ⁊ punctu-
re que inuenit eum in toto ventre ⁊ grauitas in infe
riore parte ventris ⁊ defectus signoꝝ vomitus imo
euentus rugitus ⁊ inflatio emūctorij ⁊ multitudo tī
cture egestionis ante ⁊ eius vocatio plusq̄ fuit con-
suetudo ⁊ altitudo eius q̄d est sub hypocondrijs et
augmētū ei⁹ ⁊ pmutatio rugit⁹ ad dolorē dorsi: ⁊
fortasse ē illud iter ꝓpter vētositatē ⁊ fortasse ꝓuoca
tur vrina post significatōē egōnis ⁊ ꝓpe i infirmo
difficilis vētris duri ex ꝯsuetudine pui tact⁹ p̄cipue
in aere frigido. Et q̄ñq̄ fit pulsus puus cū v̄tute
⁊ nō indurat̄ ⁊ puitas eius est ad coartationē. Et si
gnificat q̄ñq̄ crisim que fit fluxu vētris cōsuetudo ī
paucitate flux⁹ sāguis nariū ⁊ sudoris ⁊ multitudo
fluxus vētris ⁊ ꝓprie in eo qui assuetus est potare
aquā frigidā. Et dicit̄ q̄ q̄ñ vrina post crisim in oī
hora est alba subtilis tūc expectat̄ flu. vētris q forsi-
tan erit cū rasura intestinoꝝ q̄m cholera q̄ñ nō egre
ditur in vrina ⁊ alijs egredit̄ cū fluxu vētris. Et ra
ro q̄d accidit crisis p solōnē vētris cū dominio su
doris aut fluxu vrine.

De signis crisis q̄ñ fit ex via m̄ricis. Cap. x.

Quādo nō inuenis reliqua signa ⁊ non est
eūo fluxu ventris: ⁊ inuenis grauitatem in
matrice ⁊ in chatin ⁊ dolorem illic ⁊ tensio
nē tunc existima q̄ erit menstrualis.

De signis q̄ crisis erit ex aptōe venaꝝ ani. Ca. xi.

Quādoq̄ significāt illud defectus reliquaꝝ
significationū ⁊ consuetudo huius mate
riei fluxus ⁊ grauitatis in partibus ani ⁊
pulsus magnus tendens ad fortitudinē.

De signis crisis q̄ fit cū pmutatiōe. Ca. xij.

Fortitudo febris cū firmitudie doloris ⁊ re
tētio euōnis vrine ⁊ egestionis ⁊ sputi ⁊ su
doris exuberātis ⁊ tarditas digistiōis aut
ipsius p̄uatio cū sanitate virtutis ⁊ bonitate pulsus
⁊ p̄cipue in egritudinib⁹ saluis tardis p̄uatis dige-
stione. Et p̄tē q̄dē pmutationis significāt dolor ⁊ in
flatio venaꝝ in locis vacuis q̄ ipm̄ sequitur ⁊ vehe
mētia inflāmationis, Et iter pars in quo est mēbꝝ
debile aut dolor lesionis iūcturaꝝ aut mēbꝝ fatiga-
tū. Ex hypocōdrijs vero q̄ñ tendunt̄ ⁊ dolent non
ē possibile ut significetur locus ipse neq̄ ps. ipa enī
sūt sicut cōia oībus doloribus. Et scias q̄ pmuta
tiones ⁊ exiture fiunt in frigore ⁊ tēpore eius ⁊ i eta
te senectutis plurimū: in primo q̄dem q̄m frigus est
retinēs cōstringens: in scōo v̄o q̄m v̄tus deficit ab
expulsione cōpleta. Quidam enim dixerunt q̄
illius crisis qui pertransit quinquagita: imo qui per
transit triginta raro fit per exiturā ⁊ per mutationē

Sed nō est illud cui sit intendēdū: imo pmutationi sunt due cause: quarū vna est in materia: ⁊ est vt nō sit suscipiēs expulsionē vniuersalem ꝓpt grossitudinē sui ſm plimū ⁊ multitudinē suā ſm minꝰ. ⁊ secūda est virtꝰ ⁊ ē vt nō sit virtꝰ fortis valde vehemētis importunitatis neqꝫ debil' iterū pigra ⁊ nō expellat oīno a mēbris ꝑncipalibꝰ. Et due istaꝝ cāꝝ sūt due cause ꝑncipij senectutis. Et mltotiēs qdē antecedūt signa pmutatiōis ⁊ supuenit ei euacuatio magna et ꝓpe p vrinā exuberantē albā: qꝫobrē nō accidit permutatio.

De signis ꝙ illa pmutatio est ad inferiora.
Capitulum. xiij.

e Uentus doloris ad inferiora cū inflāmatione ⁊ inflatio duoꝝ emunctoriorū ⁊ ancharum duarum.

De signis ꝙ illa pmutatio ē ad supiora. Ca. xiiij.

f Ignificāt illud ǧuitas capitis ⁊ sensuū ⁊ ꝓprie auditus ita vt qñqꝫ pducat ad surditatē post ꝯstrictōez anhelitꝰ ⁊ alteratōem ordinis eiꝰ donec q̄si qescat illud subito ⁊ accidit in capite illud qđ accidit. Et silr vt eueniat ꝓfūditas sōni Et plimū hoꝝ fit exitura in radice auris. Et silr si pseuerauerint exuberatō guidē ⁊ pulsatio tēpoꝝ ⁊ rubedo in facie firma q̄ nō sepatur.

De signis pmutatōis ad egritudinē aliam. Ca. xv.

q Um videris egritudinē acutā fieri fortem apud declinationē: tūc scias ꝙ ipsa tendit ad chronicam.

De signis ꝙ crisis erit cū exitura. Ca. xvi.

q Uando virtꝰ est sana ⁊ signa sunt bona ⁊ ē subtilitas vrine tpe lōgo: tūc illud est de ill' q̄ indicāt exiturā ⁊ vbi est egritudo matiei in qua est caliditas. Et silr qñ melioratur infirmus absqꝫ crisi apparente: imo ſm semitā pmutationis: deinde vides ambas arterias tpis vehementis dilatationis plime pcussionis q̄ forsitan nō quiescunt: ⁊ vides colorē pallidū ⁊ anhelitū frequentē ⁊ fortasse vides tussim siccam: tunc ille q habet hoc est preparatus exiture in iuncturis suis. Et mēbꝝ qđ in infirmo plus appropriat sudore: est illud in quo exspectatur exitura. Et tēpus hyemis ⁊ etas senectutꝭ ſm ꝙ diximꝰ sunt de signis casus crisis cū exitura: imo sunt de causis eius ⁊ sunt exiture facte tūc tarde suscipientes digestionē: verūtñ reditiōes earū in hyeme ⁊ senectute sunt minus propterea ꝙ facit illud eē necessariū frigus ex quiete: licet quidam dixerūt cōtrariū istius sicut retulimus. Et qñ multiplicatur vrina aquosa cū ascendit febris: significat dolorē accidentē inferiori pti corpis. Et de signis fortibus ꝙ crisis erit cū exitura est tarditas crisium aliaꝝ ⁊ ꝓlongatio infirmitatis vsqꝫ ad tēpus qđ est post viginti.

Et cū in huiusmodi egritudine longa accidūt dolores subito in quibusdam locis: tūc expecta exituram. ⁊ in febribꝰ tertianis qñ nō fit fluxus vrine sensibilis neqꝫ fluxus sanguinis nariū neqꝫ fluxus ventris: tūc exspecta exituram iūcturaꝝ prope in die cretico. Et de signis fortibus ꝙ illa crisis tarda non erit cōpleta cū tarditate sua neqꝫ rediens sunt signa alia. Et fe. lassitudinales qñ nō faciūt crisim in q̄rto cū vrina spissa: tunc exspecta fluxū sanguinis narium. Si aūt ꝓlōgatur expecta exituras iuncturarū que fatigate sunt aut ad partē mandibularū siue lassitudo sit exercitio aut per se veniens. At vero exitura accidēs in mandibulis in extensiua est plus: qñ iuncturarū labor nō est vehemens neqꝫ est in eis iūcturarū attractio: ⁊ fit febris ascensio ⁊ carnis mollis receptio Cum autē lassitudo est motiua ē illud in iuncturis plus Et multotiens quidem expectatur exitura quā ipsiꝰ signa significāt: ⁊ mingit q habet eam vrinam plurimam grossam albam ⁊ expellitur. Et si febres fuerint incipientes cum rigore ⁊ desinentes cum sudore raro fiet in eis exitura: ⁊ ille sunt sicut tertiana ⁊ q̄rtana nisi materia sit multa valde. Et ad vltimū rigor rediens euacuat sua expulsione omni die materiam plurimā. Quare raro superfluit in eis exiture aliquid. hoc ergo cōtingit cum rigor est solꝰ qualiter ergo erit cū sudore. Et fluxꝰ vrine grosse iteꝝ minoratur cum exitura. ⁊ exiture que sunt in chronica longa ſm plurimū sunt in mēbris inferioribus: ⁊ in illis que sunt magis acute in mēbris superioribus ⁊ in medijs in vtrisqꝫ lateribus ⁊ in lethargia ⁊ de exituris radicis auris. Et exiture iste multotiens accūt crisi complete. Et peripneumonia multotiens facit crisim cum exituris iuncturarum.

De iudicijs de huiusmodi exituris. Ca. xvij.

q Uecūqꝫ de istis exituris eueniunt ⁊ occultantur absqꝫ maturatione earum dispositio nō caret duabus rebus aut redeat maior qꝫ fuit: aut redeat egritudo aut expellatur materia ad iuncturas aut ad membra dolorosa aut fessa aut debilia. Et melior istarū exiturarū est illa que facit incurrere leuitatem: ⁊ est post materiā: ⁊ est vehementis declinationis ad exteriora: ⁊ est longinq̄ a membris nobilibus. Et quodcūqꝫ istorum apostematum est leue cedens manui cū superponitur ē minoris malitie qꝫ durū acutum: verūtamen est tardius quoniam est frigus. Et eius quidē malitia nō minoratur nisi quia ei non associatur vehemens dolor. Et si cum huiusmodi remanet febris ⁊ nō resoluitur facit collectionē post sexaginta ⁊ quod est infra ista inter sexaginta ⁊ viginti. Et exiture minoris malitie sunt cum membrum ad quod declinant est inferius: ⁊ est preter hoc quod est ex generatione sua inferius ignobile ampli loci capiens totam materiam. Nam si non capit eam accidet ex reditu eius secūdo ad loca in quibus penetrauerat illud quod accidit eis cum ea redire facit medicus stolidus cum infrigidatione ⁊ refrenatione ad locum a quo venit ⁊ iam augmentata est malitia ex eo quod superuenit ei de constrictione ⁊ reditione ⁊ recipit. Et de deterioribus exituris creticis est que ad interiora ē ⁊ interius. Uerū de locis magis aptis exiture est ille qui est debilis aut cum quo est egritudo: ⁊ prope in inferioribus qui appropinquāt [illegible] multitudini cum

ſus ſudoꝛis ab eis. Et exiture melioꝛes ⁊ longinquioꝛes ad hoc vt ſequat̄ eas recidiuatio ſūt q̄ ap iū tur ſicut ille que de eis remanent ſunt magis ſignificatiue recidiuatōis.

De ſignis euētus ſpaſmi in pueris. Ca.xviij.

[q] Um in eis multiplicatur timoꝛ in ſomno ⁊ conſtringūtur coꝛum nature ⁊ multiplicatur ip̄oꝛum fletus ⁊ conuertūtur eoꝛum coloꝛes ad viriditatē ⁊ rubedinem ⁊ tenebroſitatez vt in ſenibus tunc expectat̄ ſpaſmꝰ. Et illud fit vſq3 ad nouem annos: ⁊ quanto fuerint paruioꝛes erit illud plus. In adoleſcētibus vero cum toꝛquent̄ eoꝝ ocl'i in fe. acuta ⁊ mlt̄iplicat̄ ip̄oꝝ palpitatō ⁊ toꝛq̄nt̄ coꝝ colla ⁊ ipſoꝝ facies ⁊ multiplicat̄ ꝯfricatio dentiū coꝝ: tūc iudica euentū ſpaſmi. Et multotiēs q̄dē ꝓlongantur doloꝛes colli ⁊ grauitas in capite cuz fe. ⁊ ſine fe. Cūq3 fuerit apoſtema calidū accidet ſpaſmus aut vomitus vt flos eris: ⁊ ꝓꝑe cū fuerit in partibus ſtomachi.

De ſignis caſus rigoꝛis. Ca.xix.

[c] Um vides in febꝛe acuta ſigna ſalutis ⁊ ſig̃ criſis bone ⁊ minoꝛatur vrina: tūc ſcias ꝙ accidet rigoꝛ cū quo eueniet criſis niſi fuerit fluxus ventris tranſiens eq̄litatē. Eq̄lis ṽo nō repellit rigoꝛez qui expectat̄. Et multotiens ſeq̄t̄ ip̄m ſudoꝛ: nam in egritudinibꝰ acutis incenſiuis rigoꝛē antecedit ſudoꝛ.

De ſignificātibus criſim bonam. Ca.xx.

[ſ] Cias ꝙ melius ſignoꝝ criſis bone eſt vt ſit ꝯpleta: Deinde fiat in aliquo dieruz criſis laudabilis quos ego dicam: Et iam indicauit eum aliquis dierum indicationis ei pꝛopoꝛtionalis: Et eſt cum euacuatione non cum permutatōne ⁊ exitura: Et ē euacuatio cū qua fit humoꝛis faciētis egritudinem in parte pꝛopoꝛtionali ⁊ tolleratur cum facilitate. Et quandoq3 facit ſperare bonitatem criſis natura egritudinis in ſpecie ſua ſicut tertiana ⁊ cauſon cum inuenitur criſis pꝛopoꝛtiōalis. aut ſue diſpoſitiones ſicut ille in quibus currunt res virtutis ⁊ pulſus ſm̄ ꝙ opoꝛtet ⁊ diſpoſitio virtutis. ⁊ diſpoſitio pulſus in hoꝛis ſignoꝛum pꝛauoꝛum q̄ñ eſt foꝛtis ⁊ rarus: ⁊ pꝛopꝛie quando addit̄ eiꝰ virtus ⁊ minoꝛatur eius diuerſitas ⁊ equatur: tunc eſt perpendicularis ⁊ ſuſtentatio ſuper quam incedendūm eſt: ⁊ illius complementum eſt aduentus tranquillitatis ⁊ leuitatis. Et ſcias ꝙ ſigna mala cum aggregant̄ ⁊ eſt dies creticus: tunc ſpes eſt verioꝛ ⁊ foꝛtioꝛ q̄3 vt ſit econtrario. opoꝛtet ergo vt innitatur ſup illud. Et multotiens q̄ō magnificantur ſigna timoꝛoſa: ⁊ videtur pulſus ſanari ⁊ equari ⁊ foꝛt̄ fieri. Et ſcias ꝙ infirmus bonoꝛum humoꝛū cū egrotat ⁊ apparet digeſtio in vrina eius in ꝑmus cum egrotat tunc ſis ſecurus. Et quotienſ apparent in eo ſigna timoꝛoſa: tunc ſanatio in ip̄o magis debet eſſe q̄ñ criſis eſt pꝛopinquioꝛ.

De ſignis ſignificantibus criſim malam. Ca.xxi.

[i] Pſoꝛum radices ⁊ pꝛincipia ſunt vt ſit cōtraria ſignis bonis pꝛedictis. Et illud eſt ſi cut ſit motus criſis ante ſtatum ⁊ digeſtionem quod Hyp. nominauit pꝛeceſſionem vic: ⁊ tu iam ſciuiſti cauſam in malitia eius. ⁊ vt ſit in die non cretico: Et vt pulſus ſit cum eo ad caſum ⁊ paruitatem tendēs. Et ſcias ꝙ ſigna criſis quando veniunt ante ſtatum ⁊ digeſtionem ⁊ antecedat ea euacuatio multa tunc non decipiaris per eam. nam illud eſt pꝛopter multitudinem eius ⁊ eſt expulſio a pigritia vel debilitate abſq3 regimine ſicut leuitas quaz inuenit eger abſq3 euacuatione manifeſta vl' apparente eſt ex eis in quibus non eſt habenda fiducia: nam illa quies materiei nō eſt pꝛopter bonitatem eius: immo multotiens digeritur ⁊ pigra fit natura i expulſione eius

Judicia de iudicijs ſignoꝛum ſignificantiū criſim malam. Capitulum.xxij.

[q] Uando aggregantur ſigna mala pꝛiuationis digeſtionis aut alteratiōis ab eo quod opoꝛtet: aut alicuius alterius de ſignis malis iudica ex eis ꝙ infirmus moꝛitur. Hoꝛa ergo iudicij ſm̄ velocitatem ⁊ tarditatem eſt ex eo quod ſcitur de diſpoſitione cauſarum antecedentium criſim de illis quas diximus ſicut hoc: quoniam quādo ſunt ſigna mala ⁊ eſt ſedimen nigrum ⁊ alia ⁊ illud eſt in quarta: tunc moꝛs eſt in ſeptimo aut in ſexto ſi neceſſarium faciunt cauſe pꝛedicte poſt ipſa.

De ſignis digeſtionis ⁊ eius iudicijs. Capitulum.xxiij.

[d] Igeſtio cognoſcitur ex vrina ⁊ hoc iaz eſt expoſitum in loco ſuo. Et opoꝛtet vt nō cōfidas per vehementiam tincture vrine cuz non fuerit ſedimen: illud enim non eſt pꝛopter digeſtionem. Et pꝛiuatio digeſtionis in ſubſtantia magis nocibilis eſt q̄3 in coloꝛe. Per ſubſtātiam enim pꝛeparatur materia ad difficultatem expulſionis et facilitatem eiuſ. Et quando apparent ſigna digeſtionis cum pꝛincipio egritudinis: tunc egritudo eſt ſalua neq3 eſt ambiguitas in ea: ⁊ ſi tardant̄ non opoꝛtet vt ſit ſemper cum timoꝛe, foꝛfaſſe enim eſt lōga: et nō eſt in ea timoꝛ: ⁊ ē neceſſariū vt ſit lōga. Et quotiens ē criſis bō tūc iā digeſtio fcā ē. ſ3 nō quotiēs digerit̄ ē criſis: imo q̄ñq3 egritudo ꝯſumit̄ cum reſolutione. Et ſcias ꝙ nō fit fe. ſubtiliatio cū apparitōe digeſtiōis ſicꝰ nō fit cū digeſtiōe apoſtematis doloꝛ vehemēs. ⁊ q̄ñ tardat̄ digeſtio ⁊ vides accūtia bō ⁊ virtutē fixam: tūc expecta eam.

De iudicijs ⁊ ſignis abſolute. Ca.xxiiij

[n] On ois alteratō ſubito facta in coloꝛe aut tactu eſt mala: imo ē ſignificās bonitatem magnam ⁊ criſim vtilē: imo ꝯſideret̄ cum hoc diſpoſitō coꝛpis poſt illā. Nā quodcūq3 ſignorū arefactōis in foꝛma ⁊ facie ⁊ extremitatibꝰ accidit cā vigilie ⁊ laboꝛis ⁊ exercitij ⁊ fluxꝰ vētris ē ſaluū ⁊ redit ad ſalutē in duobꝰ diebꝰ aut tribꝰ. Et quodcūq3 ē cā aduſtionis ⁊ caſus virtutis ē malū.

De narratōe ſignoꝝ bonoꝝ. Ca.xxv.

[ſ] Igna bona ſunt tollerantia egritudinis ⁊ firmitudo ṽtutis ⁊ foꝛme cū ea. Et ſi accidētia eius foꝛtioꝛa fiāt ⁊ virtꝰ pulſus ⁊ eiꝰ

fortitudo ⁊ eiꝰ ordinatio ⁊ apparitio signoꝝ digesti onis: ⁊ vtilitas crisis: ⁊ bonitas signoꝝ eius: ⁊ leni tas repitur post euacuationẽ: ⁊ redit pulsus cum ea ad bonitatẽ: ⁊ horripilatio accidẽs post euacuatio nem de signis sunt bonis. Significant enĩ eradica tionẽ caloris ⁊ succedit frigus cũ eradicatione ma terici. Et melius hoc est ut sit euacuatio humoris impediẽtis cũ facilitate ⁊ ſm rectitudinẽ. Et scias ꝙ fixio virtutis cum signis malis necessariam facit spem: ⁊ siliter fixio rationis ⁊ bonitas anhelitus: ⁊ facilitas tollerantie eius quod accidit super eum de dispositionibus timorosis extraneis. Et inuentio leuitatis post sõnũ est bona. Et de signis bonis ẽ anhelitus bonus facilis. Et de signis bonis ẽ ap petitus cũ equalitate: ⁊ bonitas receptiõis cibi ⁊ eiꝰ fames ⁊ eius vtilitas. Et de signis bonis optimis naturalibꝰ est sitis iacẽdi naturalis ⁊ sõnus natura lis: ⁊ equalitas caliditatis in membris corpis. Et scias ꝙ signa bona cum salute virtutis significãt sa nitatem festinam: ⁊ cum debilitate eius significant sanitatem tardam.

De iudicijs signorum malorum Ca. xxvi.

S Cias ꝙ signa mala q̃ sunt in sũmo mali tie indicant mortem. Qd si virtꝰ fuerit for tis ꝓlongatur egritudo: deinde interficit egrum: ⁊ si fuerit debilis interficit absq ꝓlõgatiõe. Et multotiẽs quidẽ apparent signa mortifera in diebus malis: deinde accidit crisis bona ⁊ pmuta tio materiei ad mẽbrum ⁊ fit sanitas. Et oportet ut confidas in signis bonis apud statum ⁊ ut time as mortalia cum incipiũt ⁊ non indices p ea iterum dum non vides virtutem cadere. Casus enim virtu tis solus est signũ malum. Amplius oportet ut tu consideres in egritudinibus acutis quarũ pncipiũ est ex membro adiuuante sicut pectus cum pleure si quod est de dispositionibus illius mẽbri: ipse enĩ significatiue magis sunt q̃ dispositiones mẽbri alte rius: nam digestio sputi in pleuresi ẽ magis signifi catiua salutis q̃ digestio aque. Et necessarium q dem ẽ medico physionomico cũ videt in facie ⁊ ocu lo ⁊ alijs formã malã non nãlem ⁊ ſm plimũ ut co gnoscat in pmis an sit illud naturale ſm illud indi uiduũ ⁊ iudicium ⁊ nõ iudicet temere in pulsu etiã Et iterum ut cognoscat an illud sit ex egritudine aut ex causa pmitiua. fortasse enim eueniet: v̇bigratia su per linguam tinctura mala ⁊ aspitas supflua ꝓpter comestionem rei facientis illud non propter egritu dinem.

De narratione signoꝝ maloꝝ Ca. xxvij.

S Igna mala diuersificantur ſm vnãquãq operationẽ ⁊ vnũquodq mẽbrum ⁊ for tasse dicemꝰ illud cũ distinctione.

De signis malis pendentibus ex forma ⁊ colo re Capitulum. xxviij.

C Um forma viui est sicut forma mortui nõ ꝓpter vigiliam neq ꝓpter famẽ neq ꝓpt euacuationẽ tũc est signũ malum. Et fa cies q̃ similat faciei mortui ⁊ diuersificat a faciebus sanorum est illa cuiꝰ oculi ꝓfundantur ⁊ acuit nasus ⁊ planãtur tpa ⁊ ꝯtrahũtur: ⁊ infrigidat auris eius: ⁊ inuersat pulpa eius ⁊ tenditur cutis ipsius: ⁊ ob fuscat color eius ⁊ denigrat ⁊ fit viridis ⁊ eleuat sup eam cinereitas uel pilositas ⁊ ꝓprie qñ est sicut cine reitas cotti carminati ẽ signum mortis festine. Et scias ꝙ qñ infirmãtur sani pauce infirmitatis signi ficat timorẽ. Et illud qd est de hac alteratione ꝓ pter causas q̃ sunt pter egritudinem redit velocit ad dispositionem nãlem: ⁊ si nõ in breuiori tpe saltem in die ⁊ nocte. Aliud vero cuius causa est egritu do ⁊ est illud cuius signum ẽ malũ non redit ad re ctificationem cũ facilitate. Licet primũ quod est cã sanus ⁊ euacuationis ⁊ vigilie ⁊ eius quod dictum est cum eis non ẽ bonum iterum: veruntamen ẽ sa nius alio. Si aute maccidit illud in egritudinibus acutis est malum: ⁊ significat ꝙ egritudo vincet et cum hoc est sanius q̃ illud quod fit in egritudini bus acutis causa egritudinis: non causa illorum cõ pariũ. Et ꝓpter illud oportet ut cognoscatur dif ferentia inter illud qd apparet de signis tornatilita tis ⁊ alterationis coloris cã corruptionis egritudi nis: aut causa vigilie aut euacuatiõis cũ qua non ẽ plurimũ malum. Et ꝓpter illud dicimus illud i ocu lo de illo ẽ si causa eius fuerit vigilia qd accidit cum eis grauitas in palpebris ⁊ declinatio ad ꝓfundita tem somni ⁊ spissitudo vehemens pulsus ⁊ antecef sio vigilie impedientis. Et in illo cuius causa ẽ flu xus ventris inuenitur fluxus vẽtris pcessisse ⁊ sup fluisse. Et in illo qd est ex fame inuenitur illud ac cidere gradatim: non subito. Et de illis q magis affirmant ꝙ ẽ ex egritudine ẽ defectus illarũ causa rũ ⁊ vehemẽtia acuitatis febris: ⁊ sensibilitas rerum que sunt sicut scintille offendẽtes manũ apud tactũ Et citrinitas coloris subito ẽ signũ non bonum Et denigratio eiꝰ subito est signũ malum. Et deteriꝰ oibus illis est niger color ⁊ ipius plimũ ẽ ex morte innati caloris: ⁊ tenebrositas sequitur ipm: ⁊ citrini tas non ẽ bona: sed est magis salua. Et qñ quan doq fit a caliditate non ẽ tota a frigiditate: ⁊ fortas se ẽ a vigilia: aut a fame: aut a dolore ⁊ est salua. Et si acciderint in fronte ⁊ naso rami non est signum malum.

De signis sũptis ex dolore capitis Ca. xxix.

Q Uando dolor capitis perseuerat ⁊ virtus est debilis ⁊ egritudo acuta: ⁊ sunt illic si gna mala tunc egritudo est mortalis. Et si non fuerit tunc expecta vsq ad septimũ fluxũ san guinis narium: ⁊ post septimum aliquid currere ex naso aut aure. Quod si perseuerauerit vsq ad vige simum raro erit tunc resolutio eius per fluxum san guinis narium: sed aut per saniem currentem ex na ribus aut aure aut p exituram ⁊ ꝓprie inferius. Et plimũ qdem incipit dolor capitis a pncipio egritu dinis ⁊ fit fortis sup eã in q̃rto ⁊ qnto: deinde eradi cat in septio. Et plimũ qdẽ inceptõis eiꝰ ẽ in tertio ⁊ fit difficil in quinto ⁊ eradicat in septio ⁊ vndecimo

Quidā vero dixerūt ꝙ ratio ē ut sit in decimo: qm̄ decimus ē septimꝰ tertij: sed ipe nō est dies creticus Et hic sermo apud me nō est aliquid. Cōpatio eni non ē ſm hoc genus. ⁊ si incipit in quinto eradicat in q̄rtodecimo si res currit ſm ꝙ oportet. Et plimū quidem quod accidit de hoc dolore capitis accidit in terciana.

De signis sumptis ex parte stomachi Ca.xxx.

Singultꝰ in egritudinibꝰ acutis malus ⁊ ꝓprie post fluxū ventris: ⁊ silit inflāmatio in stomacho. Et pulsus cordis stomachalis cū caliditate febris est malus.

De signis malis ex mēbris anhelitꝰ Ca.xxxi.

Anhelitus frigidus in egritudinibꝰ acutis malus: significat eni mortē innati. ⁊ siliter diuersus malus. Et anhelitꝰ silis anhelitui flentis infectus q attrahit aerē ⁊ ē anhelitꝰ factꝰ ꝓpter ꝑmixtionē rōnis est malus. Et ille q est ꝓpt apostema in ꝑtibus pectoris est deterior. Et illorū qui morti ꝓpīqͥtes fiunt ventres crescūt ⁊ ꝯsequentes fiūt eoꝝ anhelitus ⁊ anhelant alte.

De signis malis ex ꝑte sensus Ca.xxxij.

Si non videt infirmus ⁊ nō audit ē signum malū. Et si fugit a vocibꝰ ⁊ odoribus ⁊ coloribus habētibus fortitudinē ē signū malum significans debilitatē spiritus animalis.

De signis factis in oculo Ca.xxxiij.

Profundatio oculi ⁊ ꝯtractio ipsiꝰ uel ꝯcauatio nō cā fluxus vētris ⁊ vigilie ⁊ famis est signū non bonū. ⁊ tenebrositas albedinis oculi ⁊ eius rubificatio tendens ad colorē pauonis aut celestē est signū malum. Et paruitas vnius duorū oculoꝝ in egritudinibus acutis ⁊ freneſi ⁊ in similibus ē mala valde. Et si nō videt infirmꝰ aliqͣd est signū mortiferum: ⁊ tortuositas oculi ⁊ ipsiꝰ strabositas in febre acuta ē signū malū valde. Et si hec tortuositas fuerit ex spasmo ꝓprio lacerto oculi tm̄ absq̄ nocumēto in cerebro tūc signū illud est ꝙ nō est ꝑmixtio rōnis ⁊ similia. Signa aūt sumpta ex eo qđ videt ⁊ splendore sūt: qm̄ splēdor niger significat vomitum plus ⁊ declinationē sanguinis ad superiora ⁊ significat vnūquodq̄ signorum aliorum. Et cursus lachryme absq̄ volūtate ⁊ ꝓpe ex vno oculo ē signum malū nisi sit signū crisis ⁊ sanitatis ⁊ significent ipsam alia signa fluxus sāguinis narium cum incolumitate signorū alioꝝ. ⁊ ꝯsidera ex lachrymis paruitatē ⁊ multitudinē ⁊ subtilitatem ⁊ grossitiem ⁊ colorem ⁊ frigus ⁊ exitum cū voluntate aut sine volūtate. Et fugere lumē est signū non bonū Si aūt vehemens sit amor tenebre tūc ē mortale nisi sit vehemētia ⁊ dolor. Qđ si non fuerint tunc ē ꝓpter casum virtutis spiritꝰ aialis. Et intuitus stans absq̄ palpitatione ⁊ motu est malus. ⁊ multitudo aggregationis lippitudinis ita ꝙ aliquid eius post aliqͣd ē mala: ⁊ lippitudo sicca valde. Et hmōi qͣdē lippitudo gnātur ꝓpter pigritiā virtutis oculi inate in maturādo mām. Et siliter sentit cū plimo eiꝰ ꝑ exuberationē rei veniētis ad oculum q̄ conat exire. Et nō licet ut dicat ꝙ illud sit ꝓpt multitudinē humiditatū veniētiū ad oculū ꝓpterea ꝙ pigra sit nā in digerēdo eas: qm̄ oculus in hac dispositiōe ē siccus ꝓfundus: ⁊ signa siccitatis manifesta: ⁊ similit siccitas lippitudinis velox.

De signis ꝓportionalibus istis Ca.xxxiiij.

Si aggregat sup pupillā cū ē apta aliqđ sicut tela aranee: deinde recedit ad palpebrā ⁊ fit lippitudo ⁊ nō cessat eē sic est signum ꝓpinqͣtatis mortis. Et vehemētia rubedinis oculi ⁊ ꝑmanētia eius ita in acutate febris est mala ⁊ significans apa cerebri calidū ⁊ in ore stomachi. Et ꝑmutatio eiꝰ ad colorē pauonis ⁊ celestē ē deterior Et aptio oculi iterū ⁊ multitudo splēdoris ē significatio mala ⁊ fōtasse ꝓpt mās calidas mlīas ⁊ apata i ꝑtibꝰ cerebri. Et si remanet palpebra i sōno apta absq̄ cōsuetudine ē signū nō bonū: ⁊ siccitas palpebrarū ē signū malū. Et si remanet oculus in vigilia aptus ⁊ approximat ei digitꝰ ⁊ nō palpitat est significatio mortis. Et vehemētia aptionis oculi iterū cū alienatione ⁊ debilitate ē mortalis. Et dicitur ꝙ ille sub cuiꝰ oculis apparet pustula sicut lēs alba morit in die decimo ⁊ apparet in eo desideriū dulcedinis.

De signis sūptis ex parte nasi Ca.xxxv.

Tortuositas nasi mala ⁊ significat ꝓpinqͣtatem mortis. cā eni in ea ē spasmꝰ malꝰ mortalis. Et applanatio eius iterū ē mala. ⁊ esse cōtentus in attractiōe aeris naso ⁊ naribꝰ ē malum. Et si inuenis ex anhelitu eius odorem piscis aut butyri aut luti ē malū. ⁊ distillatio aque citrine ex naso in febribꝰ acutis fortasse ē significatio ꝓpinqͣtatis mortis. Et si nō sternutat cū obtarmicis ē significatio mortis: ⁊ destructio sēsus silit. Et si non facit ei fluere sāguinē ꝑcussio ⁊ rascatio. ⁊ si īfirmꝰ assidue mittit digitū suū ad nasū suū q̄si mūdificet ipm absq̄ cā ē signū nō bonū. ⁊ exitꝰ aq̄ ꝑ nasū ē malū.

De signis sūptis ex ꝑte auris Ca.xxxvi.

Exiccatio pulpe auris ⁊ eiꝰ inuersatio ⁊ cōtractio extremitatis ē signū malū. Et dr̄ ꝙ cū sordes auris dulcescit ē signum malum apud Gal. mortale apud ꝑmos. Aduentus doloris in aure cum febre acuta est timorosa. est enim mortalis nisi currat aliquid ⁊ quiescat ⁊ illud in senibus. In iuuenibus vero contingit ꝙ moriuntur antequam saniem faciat propter vehementiam sensuum eorum.

De signis sūptis ex ꝑte dentiū Ca.xxxvij.

Commotio dentiū in febribꝰ acutis ⁊ quasi ille cuius sūt comedat aliquid signum est non bonum. Dicitur ꝙ ille cuius dētes cooperiūtur in febribus viscositatibus significat ꝙ febris eius sit vehemens: significat enim caliditatem vehementem ⁊ materiam viscosam tarde resolutionis. Cum accidit infirmis omni hora ut mundificent dentes absq̄ consuetudine que currit est significatio non bona. Stridor dentium ⁊ commotio eorū absq̄ consuetudine fortasse indicat maniā. ⁊ si

mania non accidit: deinde accidat significat illud ꝑnitiem nisi in illo q assuetus ē eo ꝓpter debilitatem cordis eius tunc strident dentes eiꝰ ex qualibet cā. ⁊ viriditas dualiū est signū malum.

De signis sūptis ex parte lingue ⁊ oris ⁊ q̄ sequūtur ea Ca. xxxviij.

d Enigratio lingue in egritudinibꝰ acutis ē signū ad malitiam declive. Et exsiccatio oris ⁊ saliue nō sūt bone. Et cūq̷ exsiccatur in ꝑmis: deinde exaspatur cū statu: deinde denigratur ē mortale ⁊ ꝓprie in quartodecimo. Et scias ꝙ vehemētia fetoris oris in egritudinibꝰ acutis est significatio mortalis qm̄ significat corruptionez humorū omniū. Subleuatio vnius duoꝝ labiorum in febribus acutis ē malum. Scissio labiorum in febribus acutis significat sup̄fluitatē inflāmationis. ⁊ ꝯtractio eorum ⁊ frigus ipoꝝ est malū. Si remanet os apertū in egritudinibꝰ acutis est significatio mala. sup̄fluitas siccitatis lingue ē signum non bonū. Dicitur ꝙ qñ exuberat sup linguam in febre acuta sic̄ cicer niger ⁊ sicut granū alkerua tūc mors est ꝓxima: ⁊ accidit ei desideriū rerū calidarū. Asperitas lingue ⁊ siccitas eius ē significatio frenesis. Et cōsidera in asperitate lingue ⁊ alterationis caloris eius ꝯsideratiōe sup̄flua ne sit causa eius res tingens. Et scias ꝙ nō tingit lingua ab omni humore dominātē in oī dispositiōe donec peruenerit ad eam cum substantia sua aut ꝑ vicinitatē aliquorū membroꝝ cōicantium.

De signis sumptis ex radice lingue ⁊ gutture ⁊ meri Ca. xxxix.

p Refocatio subito facta non in die crisis ē signū malum. Et ꝑfocatio sine spuma ē leuis. Spuma enī nō fit nisi cū cor iaz ad tantā peruenerit calefactionē ꝙ destruuntur ei operationes pulmonis ⁊ diaphragmatis: q̄re nō pōt facere ut redeat anhelitus cū equalitate. Et istud nō fit ap̄ate nō existente in gutture nisi ꝓpter rem magnā. Et multotiens q̄dem fit: imo plurimū causa cerebri. Et ad vltimū qñ accidūt in febre forti ꝑfocationes praue tūc iam aduenit mors: qm̄ cor eget causa vehemētie caliditatis anhelitu plurimo: sed via eiꝰ iam ē opilata quāobrez inflāmat cor ⁊ sup̄fluit malitia ꝯplexionis eiꝰ: q̄re nō tollerat vitā: Et similiter cōtorsio colli cū ꝓhibitione deglutitionis: illud enī aut fit ꝓpter remotionē spondilis: aut ꝓpter vehementiā siccitatis: ⁊ neq̷ aliq̄d est deteriꝰ eis ambabus cū febre iterum. Et si nō potest fieri deglutitio nisi cū labore est significatio mala. Et similiter si reijcit cū aqua ⁊ egreditur ꝑ nasum. Et similiter quando strangulatur cum ea in omni hora est significatio non bona.

De signis malis sūptis ex ꝑte venaꝝ Ca. xl.

d Dixit Hyp. qñ apparēt vene parue apud frontē ⁊ palpebram est malum.

De signis malis sūptis ex mollificatione corꝑis ⁊ malitia resūptōis ⁊ debilitate Ca. xli.

m Mollificatio corporis ⁊ malitia resūptōis ⁊ debilitas q̄nq̷ fiūt cā multitudinis hūorum grossoꝝ in visceribꝰ. Et qñq̷ fiūt ꝓpter siccitatē corporis ⁊ paucitatē humorū. Et quādoq̷ fiunt ꝓpter superfluitatem debilitatis virtutis in lacertis. ⁊ non ē significatio distinguēs inter ea essētia corporis grossi aut macri sicut quidam existimauerunt. Et multotiens quidem sunt viscera plena humiditatibus ⁊ corpus extenuatum. Et multotiens debilitantur virtutes in lacertis ⁊ corpus ē pingue: imo signa alia sunt que ⁊ dicta sūt i locis alijs.

De signis mal' ꝓpter formā iacēdi Ca. xlij.

r Resupinatio sup lectū non ſm formam cōsuetam: imo ſm permixtionem ⁊ exitum a consuetudine est maluz signū: maxime cū infirmus precipitatur ad stratuz suū paulatim quotiens equas eum ⁊ preparas ipsum ꝑparatione bona conuertitur super dorsum suum ⁊ diligit discooperire extrema: ⁊ proijcit ea ꝓiectione non naturali absq̷ caliditate valde manifesta: est ergo causa angustia magna. Et oportet ut tu attendas in hoc etiam rem vnaz: fortasse enī homo est pinguis grauis corporis velocis mollificationis diligens i dispositione sanitatis ut iaceat omni hora ſm hāc formam: aut est ꝓhibens dolor ꝑter resupinationem. illud enim iterum est ex eo cuz quo non magnificat timor. Omnis ꝑparatio non consueta de resupinatione ⁊ tensione ⁊ reliquis quā non fecit in dispositione salutis ē in egritudinibꝰ acutis mala. Et scias ꝙ amor resupinationis aut ē ꝓpter multitudinē humorū in visceribꝰ: aut ꝓpter siccitatem ⁊ resolutionem humoꝝ acutoꝝ q̄re debilitant lacertos: aut ꝓpter debilitatem q̄ accidit lacertis ex parte alia. ⁊ si non pōt iacere ⁊ resupinari ⁊ vti alijs positionibus imo desiderat sedere est significatio mala. ⁊ plurimuz eius ꝓpterea ꝙ anhelitus fit difficilis cum iacet ꝓpter apostemata ⁊ nocumenta in mēbris anhelitus in q̄bus scita ē dispositio ex eo q̄d ꝑterijt. Et si diligit fugere ab hōibus ⁊ cōuerti ad parietē est signū non bonū. Et declinatio i sōno super vētrē absq̷ consuetudine ē malū. aut enī est a permixtione rationis: aut a lesione in vētre. ⁊ iacere humide est laudabile: ⁊ illud est cum iuncture egri sunt recipiētes plicationem velociter.

De signis sumptis ex cute Ca. xliij.

q Quando desiccat cutis ita ꝙ qñ extēdis eaz nō redit ad locū suum tunc illud ē significatio mala. Exitus vaporis calidi ex cute cuz anhelitu frigido est significatio pernitiosa: ⁊ nō fit nisi quia caliditas cordis finita est.

De signis acceptis ex ventre ⁊ partibꝰ hypocondriorum Ca. xliiij.

i Inflatio vētris i egritudinibꝰ acutis ⁊ paucitas ꝯplicationis eiꝰ: ⁊ ꝓpe cū illic ē solutio vētris ē signū mortis: ꝑcipue qñ appꝑet in eo pustula ampla coloris fusci. Tēsio hypocōdriorū ⁊ essentia vnius duoꝝ laterū magis augmētata q̄ alteriꝰ: ⁊ simil' eētia oīs lateris augmētatio:

omni latere qđ̄ est ei silř in eminētia: ⁊ depssione ⁊ similiter in lenitate tactus ⁊ duritie cū inflat̄ niira c nō a vētositate ⁊ siccitate tūc intra ipm̄ est apā cuz quo non ē nisi dolor. Et obfuscatio ⁊ tensio hypocōdrioꝝ si ē cū dolore tūc mā declinat ad inferiora. et si ē absqꝫ dolore tūc materia declinis ē ad supiora.

De signis sumptis ex ano Ca.xlv.

Xitus ani in febribus acutis per seipsum ē
e significatio mala.

De signis sūptis ex virga ⁊ testiculis Ca.xlvi.

Enitas testiculoꝝ ē signū malum: ⁊ silř
l exuberatio amboꝝ in egritudinibꝰ acutis. Cōtractio testiculoꝝ ⁊ vge significat mortem innati aut dolorem vehementē. Pollutio in ꝑncipio egritudinis significat longitudinem ⁊ ē in postremo egritudinis laudabilior.

De signis sumptis ex matricibꝰ Ca.xlvij.

Xitus matricis mulieris ⁊ vulue in febre
e acuta est signum malum.

De signis sumptis ex parte extremitatum Capi.xlviij.

Ecis sunt ex parte qualitatis earū sicut fri
d gus extremitatū cū caliditate febris acute ⁊ fixione eiꝰ ⁊ nō eradicat̄ ē signū nō bonū. Cū chronica vō non est illud horribile. Et causa eius in febribꝰ acutis ē apostema magnū in cōcauitate vētris aut submersio caliditatis innate aut aduentus syncopis ⁊ resolutionis. Et fortior significatio frigoris extremitatū in febribus acutis sup mortem ē que est frigoris accidētis eius in ꝑncipio egritudinis. Et similiter cū est frigus cū quo non calefit ⁊ hoc totum significat fugam sanguinis totius ad interiora ꝓpter apostema. Obfuscatio digitorum manuū ⁊ pedum ⁊ vnguiū eorū est signum mortale. Rubedo extremitatū ⁊ earum alteratio subito magis pernitiosum ē q̄ꝫ earū obfuscatio. Si aūt inuenitur grauitas tūc iam appropinquat qm̄ grauitas significat debilitatē virtutis aīalis. ⁊ obfuscatio significat debilitatez caliditatis innate. ⁊ rubedo significat corruptionez ⁊ dominiū humoꝝ. Et nigredo melior est q̄ꝫ obfuscatio ⁊ rubedo. Et cū hoc toto cū videris signa bona plima nō est longinquuz qn saluetur infirmꝰ ⁊ casus extremitatum eius alteratarū. ⁊ adustio extremitatū ⁊ cutis cuz frigiditate vētris est signū mortis iterū. Et ex eis ex parte situum earū sūt sicut spasmus ⁊ ꝓprie post fluxū ventris est mortale. Alcuzez cū alienatione ⁊ vehementia febris est significatio mortis.

De signis ex parte sōni ⁊ vigilie Ca.xlix.

I sōnus sit diurnꝰ nō nocturnus ē signū
f nō bonū. Et si nō dormit in eis ambobꝰ est deterius. Causa eni est corruptio cerebri q̄litercūqꝫ sit. Et salubrior sōnus diurnus est qui ē in ꝑncipio eius: ⁊ hoc totū i statu paroxismorum febris est deterius. In ꝑncipio vō eius ⁊ multotiens fit non nocet. Et profunditas somni cum debilitate pulsus est malum: est enim ꝓpter debilitatem virtutis non ꝓpter humiditatem cerebri ⁊ ꝓpterea cū est cū permixtione rationis. Et qn̄qꝫ est hoc a putrefactiōe humoris frigidi. Somnꝰ augmētatus in nocte qui succedit permixtiōi rationis ⁊ associatur frigori extremitatum ē malus: sicut sōnus cui succedit leuitas est bonus.

De signis malis sūptis ex actiōe manus Ca.l.

Ollectio palearū ⁊ ꝑuenire oi hora ad ali
c quid quasi colligat ex se aut ex pariete ē signum malum. Et causa in eo est ex vaporibus qui eleuātur ad cerebrū. ergo faciūt imaginari illud quod non est ꝓpter descensionē eoꝝ ad oculū ⁊ humiditatem albugineam.

De signis sumptis ex doloribus Ca.li.

Olor vehemens in visceribus in febribus
d acutis ē signū malum: significat enim adustionē vehementē aut magnitudinē apostematis aut exituram. Cum est in aliquo membrorum dolor vehemens ⁊ sedatur subito q̄te cōpleta absqꝫ causa tunc illud est malum.

De signis sumptis ex voce ⁊ loquela ⁊ silentio Capitulum.lij.

Ox fortis valde est bona ⁊ loq̄la ordinata
v est bona: ⁊ ꝯtrariū illius est malū. Et taciturnitas plima ꝓlixa significat ſm plimū ingetudinē aut mollificationē lacertoꝝ ligue: ⁊ epiglotis aut spasmū eoꝝ aut destructionē imaginationis q̄ ē ꝑncipiū ſmonis: ⁊ cū ifirmꝰ loq̄t i crisi ē bonū. Et ad vltimū taciturnitas vbosi significat cās iceptiōis alguesgues: aut aliq̄d de eis q̄ dicta sūt. Et multitudo sermocinatiōis i taciturno significat initiū alienationis: ⁊ ꝑmixtionē rōnis.

De signis sumptis ex ratione Ca.liij.

Lienatio cū motu ⁊ ꝑcussiōe i capite ⁊ na
a re ē salua: ⁊ cū alguacre ⁊ apoplexia ē mortal̄.

De signis sūpti ex motibꝰ Ca.liiij.

Altitudo ꝑmixtiōis ⁊ ingetudinis ē signū
m non bonū: ⁊ significat multitudinē vaporis eleuati ad caput. Saltus infirmi omni hora ⁊ sessio eiꝰ ē significatio mala: ⁊ ē ꝓpter angustiam: aut ꝓpř ꝑmixtionē rōnis: ⁊ ꝯstrictionē anhelitus ⁊ ſfocationē: ⁊ in peripneumonia ē deterior qm̄ plimū eiꝰ ē ꝓpter ſfocationē ⁊ ꝯstrictionē anhelitꝰ: licz sit ꝓpř cās alias iterū. Et qn̄ grauātur mēbra a motu etiā ē significatio mala. Et qn̄ obfuscant̄ vngues tunc mors est presens: ⁊ tremor ē signū malū cū non sit crisis bona.

De signis sumptis ex existimatione Ca.lv.

Um est plurimus timor mortis tunc est ti
e mor.

De iudicijs sūptis ex saltu ⁊ alicibus Ca.lvi.

Altꝰ ⁊ alices fiūt ꝓpterea q̄ nā mouet mē
f bra lacertosa ut expellat ex eis supfluitatē. Et dū mēbrū ꝑmanet raruz ⁊ mā ē pauca obediēs nō idiget illo: imo illud ē ei necc̄riū ꝓpř ꝯtrariū eiꝰ. Et si fuerit cū ꝑmutatōe ex calore ad frigꝰ ꝑ nāz tūc ē signū nō malū. Et significat multotiēs q̄ nā nō pōt facē resolutionē nisi cū adiutorio villoꝝ ꝓpř m̄ltitudinē materiei aut ꝓpř debilitatē ꝟtutū.

De signis sumptis ex sōnijs. Cap.lvij.

Multotiens videt infirmus de genere illius quo fit crisis eius sicut videt habiturus crisiz cum sudore ꝙ ingreditur balneū ꝛ preparatur.

De signis sumptis ex appetitu. Ca.lviij.

Destructio appetitus in egritudinibus chronicis est malū. Et in egritudinibus acutis etiā si est infra illud. ꝛ ad sūmuz significat humores corruptos aut mortem virtutis aīalis ꝛ naturalis. Et cū destruit sitis in febrib⁹ adurentibus est significatio mala ꝛ ꝓpe cū nigredine lígue.

De iudicijs ꝛ significationib⁹ icteritie. Ca.lix.

Icteritia ante septimū ꝛ ante digestionez est malum signū nisi succurrat ei fluxus ventris quēadmodū qdam existimauerūt ꝛ ē fm considerationez. Et ad vltimū icteritia aū septimuz non est laudabilis. Et si fuerit icteritia post septimū tunc est iterꝫ non ita salubris dum non ꝯiūguntur ei signa alia. Qd si accidat icteritia in septimo aut nono aut quartodecimo cū signis laudabilib⁹ ꝛ absqꝫ nocumento in partibus epatis aut duritie ꝛ apostemate tunc est laudabilis. Et mltotiens quidē accidit ꝓpt huiusmōi crisis cōpleta ꝛ significat laudem ꝛ dispositōem leuitatis que reperit post ipam. Et significat malitiā eius dispositio contrarij leuitatis. Et ex illis que significāt malitiaz eius est ut sit cū icteritia fluxus vētris cholericus multus q ebulit ꝛ exitus rerꝫ spumosarꝫ adurentiū: in hmōi eniz timet de infirmo nisi succurrat ei fluxus ventris multus mūdificās aut sudō cōmunis ꝛ sit iam virtus fortis: tunc enim fit leuitas velociter.

De significatiōib⁹ sūptis ex apatibus Cap.lx.

Cum febris acuta ꝑuenit ad apostemata titillicorꝫ ꝛ extremitatū est deterius ꝙꝫ ut sint prius illa apata: deiū sequat ea febris causa putredinis quāuis illud etiā sit malū. Apata q̄ accidunt in radice auris ꝛ non maturant cū saniositate sunt mala: aut que nō sequit aliq̄ de eūonib⁹ fortibus est signuz malū. Et nō oportet iterꝫ ut fiducia habeat in maturatione cū accidit exitura ꝛ reliq hūores sunt indigesti: illud eni est nō sufficiens sicut ista etiā multotiens accīt ꝛ existimat iam declinatio adesse ꝛ interficit. Ois pustula ꝛ omne apa qd apparet ꝛ postea redit est malū: verūtamē qñqꝫ significat fortitudinē nature. ꝛ fortasse hec apparitio ꝛ ꝓsūdatio est consueta homini alicui in natura sua: quare nō est significatio vehementis malitie.

De signis sūptis ex parte pustularū ꝛ que similant eis. Capitulum.lxi.

Pustula ciceralis nigra in febribus acutis ē mala valde. Et quādo in fine venit vel tardatur moritur ille qui eam habet in secundo mltotiens. Cōuersio vlcerꝫ in corpe ad viriditatem ꝛ nigredinez ꝛ celestē colorez aut citrinitatem est signū malū: Et citrinitas est leuioris. Dicit ꝙ si apparet super genu infirmi aliquid nigrꝫ simile vue nigre in cuius circuitu sit rubedo morit cito. Quod si ꝓtendat vsqꝫ ad diem quinquagesimuz tunc signū mortis eius est ꝙ sudauit sudore frigido. Qñ apparet super vena que est in gutture aliquid simile grano alkerua cum variola alba magna ꝛ cecidit ei desiderium reruz calidaruz morit in vigesimo. Et nos quidem iam diximus illud quod accidit in lingua adolescentibus de pustulis mortiferis. Dicit si fuerit febris quelibet ꝛ apparuerit sup digitos vtriusqꝫ manus simul apostema nigꝫ sicut granuz herbi cum dolore vehementi morit in quarto ꝛ accidit ei grauitas ꝛ ꝓfunditas somni. Si autē natura constringat cū hoc accidet pleuresis. Et qñqꝫ constringit adeo donec fit lapis.

De signis sūptis ex forma venarꝫ. Cap.lxij.

Dixit hyp. si apparent vene parue que sunt in fronte ꝛ que sunt in palpebris ꝛ furcula est malum. Alteratio coloris venarꝫ apparentiuz a dispositione sua cum colore pauonis ꝛ apparitio earꝫ que de eis non apparebant ante cuz hoc est malum

De signis sūptis ex rigore. Capi.lxiij.

Rigor plurime reditionis i febre praua cū debilitate virtutis est mortalis: ꝛ cuz firmitate virtutis iterum quando febris cum eo non remouetur non est bonus. ꝛ deterior omnib⁹ est ut sequatur ipm euacuatio non adiuuans ꝛ non sedetur cum eo febris. Et si non accidat euacuatio iterꝫ tunc significat ꝙ humor motus est vincens qui expelli non potest ꝛ est maluz. In accidente vero vice vna non forsitan verificatur āphorismus iudicans an est ꝓpter debilitatem supfluaz virtutis aut propter aliud.

De iudicijs eūonis. Ca.lxiiij.

Euacuatio iuuatiua ꝑ fluxum ventris ꝛ vomitū ꝛ alia est illa que est post digōnem ꝛ q̄ eūat hūorez quē oportet ꝛ q̄ fit cū facilitate ꝛ cui succedit leuitas. Et de signis eūonis hūorꝫ quez euacuat medicina aut nō medicina est ut incipiat in eūone humoris alterius. Et deterius eo est vt finis eius ꝑmutetur ad exitū curati aut ad sanguinem nigꝫ aut humorez fetidum aut hūorem puruz ꝛ silr in vomitu. Et qñ abbreuiat eūo postqꝫ effecerit qd efficit oportet ut adiuuet. Et qñ supfluit euacuatio ꝛ nōdū incepit digestio tūc nō est illud cui⁹ iuuamēto sit intendū. Et eūo debilis pauca fluxu sanguis nariū aut sudōe aut alio significat ꝙ nā mouit ꝛ nō potuit. Et si fiant mala signa alia significāt mortem. Et si non fiūt mala significant longitudinem:

De iudicijs sudoris. Capitulū.lxv.

Sudor est bona crisis in egritudibus acutis ꝛ phlaticis. Et iterꝫ in spēbus apatum timorosorū ꝛ apostematibus viscerꝫ.

De causis mltitudinis sudoris. Cap.lxvi.

Sudor multiplicat aut causa materiei ꝓpter mltitudiez suā: aut subtilitatē suā: aut causa vtutis ex vehemētia expulsiue. aut mollificatiōe retētiue: aut causa pororꝫ eius qñ dilatantur ꝓpt cās dilatatōis. ꝛ minorat sudor ꝓpt ꝯria illaruz cārꝫ. Et sudō qd qñ tergit exuberat ꝛ qñ mouet abscidit.

De diuersitatib⁹ mbrorꝫ i sudādo. Ca.lxvij.

Embꝛa que plus sudant sunt illa in q̄bus ē materia faciens egritudinē ut magis. Et illa que non sudāt sunt mēbꝛa in quibꝰ nō est materia ⁊ illa in q̄bus dominant̄ aliq̄d de causis ꝯstrictionis poroꝝ de q̄bus est q̄ latus sup̄ qđ doꝛmit infirmus fm̄ plīm raro sudat qm̄ est coartatuꝫ siccas habēs vias ⁊ nō currit ad ipm̄ hūiditas neqꝫ currit ab eo. Et sudoꝛ q̄dem multiplicat̄ in membꝛis posterioꝛibus ut in doꝛso plusq̄ꝫ in anterioꝛibꝰ sicut pectoꝛe. Et multiplicat̄ in sup̄ioꝛibus magis q̄ꝫ accidat in inferioꝛibus ⁊ ꝓpꝛie in capite.

De diuersitatibus dispositionuꝫ in sudando et alijs. Capitulum.lxviij.

Somnus plus facit sudare q̄ꝫ vigilia quoniaꝫ caloꝛ innatus in eo plus agit in hūiditate. Et quia nocumentū anhelitus in ipso est magis paꝝ ⁊ illud mouet materias ad interiora. Inquit Hyp. Sudoꝛ plurimus in somno absq̄ꝫ causa faciente illud significat q̄ ille plꝰ cibo suo affert coꝛpoꝛi q̄ꝫ tolleret. Si autē fuerit illud p̄ter qđ ille de cibo sumat tūc scias q̄ indiget euacuatione. Et causa in hoc est q̄ sudoꝛ plurimus cum sanitate virtutis non fit nisi ꝓpter multitudinē materiei cui ptinet ut expellat eam natura. Et illa multitudo aut fit ꝓpter causam ꝓpinquaꝫ que est repletio ꝓpinq̄ ⁊ repletio ꝓpinqua est ex cibis sūptis tunc. Et hanc repletionē expellunt fames ⁊ exercitiuꝫ: ⁊ sudoꝛ qui expellit̄ ꝑ naturam aut fit ꝑ causam antecedentē longinquā que est ex sup̄fluitatibus an̄cedentibꝰ. Et n̄ excusat in huiusmōi nisi euacuatio mūdificans coꝛpus ex eis: ꝑ sudoꝛem vero foꝛtasse nō egreditur de ea nisi illud quod subtile est tenue paruū ⁊ dimittat coꝛruptuꝫ inobediēs in coꝛpoꝛe. ⁊ ꝯsuetudo nature est q̄ diligit expellere hūoꝛem coꝛruptuꝫ: ⁊ illud est de illis q̄ debilitant eū. Et scias q̄ q̄ntoplus calitas inata est foꝛtioꝛ ē resolutio magis occulta: quare nō fit sudoꝛ nisi fuerint cause alie: ⁊ ꝓpter hoc fit sudoꝛ egrediens a natura aut a repletione ⁊ mlt̄itudine ⁊ vehementia dilatationis poroꝝ: aut ꝓpter defectuꝫ virtutis a digestione bona: aut propter vehementiam motus.

Dies in q̄bus multiplicatur sudoꝛ ⁊ minoꝛat̄: Capitulū.lxix.

Sudoꝛ in egritudinibus acutis pl̄iꝫ fit in tertio ⁊ quinto ⁊ minoꝛat̄ in quarto: imo parū cōtingit ut egritudines iste crisim faciāt in quarto nisi raro. Et paꝝ quidē ꝯtingit fm̄ q̄ experimentatoꝛes existimant vt sudet eger in vigesimoseptimo ⁊ trigesimo primo ⁊ trigesimoquarto.

De modis significationū sudoꝛis. Ca.lxx.

Sudoꝛ significat per tactuꝫ suū si est calidus aut frigidus. ⁊ significat ꝑ coloꝛem suū si ē clarus aut ad citrinitatem aut viriditatem decliuis: ⁊ significat ꝑ gustum suū si est amarus aut dulcis aut ad acetositatem decliuis. ⁊ significat per odoꝛem suuꝫ si est fetidus: aut acetosus aut dulcis aut alius. ⁊ significat per substantiam suam sicut si est subtilis aut viscosus. ⁊ significat per quantitatē suaꝫ sicut si est paucus aut multus. ⁊ significat per locuꝫ suuꝫ si est cōis in toto coꝛpoꝛe aut abbꝛeuiatꝰ. ⁊ q̄ ex quocūq̄ꝫ mēbꝛo est in ipo est egritudo. Et significat ꝑ hoꝛam suaꝫ si est in p̄ncipio aut statu aut declinatione. Et significat ꝑ illud qđ succedit ei sicut succedit ei nocumentū aut leuitas aut rigoꝛ aut hoꝛripilatio aut aliud.

De signis sumptis ex p̄te sudoꝛis. Ca.lxxi.

Sudoꝛ frigidus cū calitate febꝛis est signuꝫ malū valde ⁊ ꝓp̄e qui appꝛopꝛiat̄ capiti ⁊ collo ⁊ significat syncopim licꝫ nō sit frigidus q̄ūo ergo frigidus. ⁊ est deterioꝛ sp̄ēꝝ sudoꝛis: qm̄ significat rem que fuit nō rem que erit. Qđ si febꝛis fuerit magnā tunc est moꝛs ꝓxima. Et nō fit sudoꝛ frigidus nisi iam ceciderit calitas innata: q̄re n̄ seruat hūiditates: imo sepat̄ ab eis: q̄re segregat eas ⁊ euapoꝛat calitas extranea: deīn sepat̄ ab eis illa caliditas ꝓpter suā extraneitatē qua infrigidantur. Sudoꝛ interfectus est malus. Et sudoꝛ multus significat lōgitudinē egritudinis ꝓpter multitudineꝫ materiei ⁊ nō ꝯueniūt habenti cū ph̄lomia ⁊ vētris solutio ꝓpt̄ debilitatem suā: imo clisteria leuia. Et qn̄ post sudoꝛeꝫ non inuenit̄ leuitas non ē signū bonuꝫ. Qđ si fecerit augmentū nocumēti tunc erit signū maluꝫ licꝫ sit etiaꝫ cōmunis coꝛpi. ⁊ sudoꝛ festinus in p̄ncipio egritudinis est malꝰ ⁊ significat mlt̄itudinem materiei nisi causa in eo sit humidates aeris ꝓpter pluuiā multā: qm̄ tunc cū sua malitia erit minoꝛ malitia. Et multotiens q̄dem incipit egritudo cū sudoꝛe: deīn sequit̄ ipm̄ febꝛis ⁊ ꝓlongatur.

Et cum ex sudoꝛe accidit hoꝛripilatio non est bonū: imo est maluꝫ: qm̄ hoꝛripilatio significat expāsionem mali nocentis in coꝛp̄e ⁊ illud significat q̄ sudoꝛ non mūdificat: imo mouet de humoꝛibꝰ malis illud cuius acuitas est fracta p̄miscens ipm̄ humiditatibus que resoluunt̄ per sudoꝛem. Et significat q̄ materia plurima non resoluit̄ apud eūonē sudatiuaꝫ. Et qn̄ debilitant̄ virtus ⁊ pulsus ⁊ sudat frons paꝝ est signū maluꝫ. si vero cadat pulsus tūc est moꝛs. Sudoꝛ eniꝫ bonus cui ꝯuenit ut sit per ipm̄ crisis ꝯpleta est ille qui fit in die cretico ⁊ est cōmunis toti coꝛpoꝛi abundās ⁊ super ipm̄ alleuiat̄ infirmus ⁊ sequit̄ illuꝫ ille qui non est cōis: sꝫ succedit ei leuitas. Et ad sūmuꝫ ꝯsidera sudoꝛē ꝑ seipm̄ in caliditate sua ⁊ f̄ritate ⁊ coloꝛe suo ⁊ suo odoꝛe ⁊ gustu ⁊ quātitate sua in mlt̄itudine ⁊ paucitate sua ⁊ t̄pe sue egressionis: aut est in p̄ncipio aut statu aut in declinatione. ⁊ quid associat̄ ei de febꝛe in foꝛtitudine ⁊ debilitate sua: ⁊ q̄d succedat ei de leuitate ⁊ grauitate. Et scias q̄ in ꝯualescentia multiplicat̄ sudoꝛ eius ꝓpter reliquias materieꝝ: quare non est maluꝫ paruam facere minutionem.

De signis sumptis ex parte pulsus. Capitulum.lxxij.

Pulsus martellinus ⁊ foꝛmicans ⁊ vehemētis serralitatis aut vndosus malus est. Et gazellinus cum debilitate est malus. Et diuersitas in qua est interfectio vehemens ⁊ mo-

nis debilis: deī succurrit illi vnus fortis succursu non succurrente: imo ex momēto ad momentū est mala valde. Dixerūt quidā cū pulsus sinister est frequens ⁊ pulsus dexter rarus ⁊ illud est cū debilitate tunc est significatio mala. Et scias ꝙ plurimorū hominū pulsus naturales sūt diuersi mali absq; egritudine: quare oportet ut tu scias hoc iterū.

De iudicijs fluxus sāguinis nariū. Cap. lxxiij.

Egritudines que sunt sicut pleuresis et apata epatis acuta vel calida ⁊ sub hypocondrijs iuniantur crisi ꝯpleta ꝑ fluxū sanguinis nariū: primū vero ex ꝗcūq; nare sit: alia vero ex illa q̄ sequit̄ ea ⁊ similit̄ febres incēsiue ⁊ sunt de genere primo. Peripneumonia vero non facit crisim ꝑ eum ⁊ pleuresis est res in eo media ⁊ tertiana facit crisim ꝑ ipm. Et plm ꝗdem accidit fluxus sāguinis nariū iuuatiuus in iparibꝰ ⁊ paꝝ fit in quarto in tertio vero ⁊ quinto ⁊ septimo ⁊ nono fit. Et qn̄ separatur fluxus sanguinis nariū bonus ⁊ est debilis iuuetur ſm ꝙ docuit Hyp. cū effusione aque calide sup caput ⁊ cū vaporatione: sicut qn̄ timet̄ supfluitas eius ꝓhibet̄ cum aqua frigida ⁊ cum positione vētose super hypocondria ⁊ que sequūtur ipm. Et melior ꝗdem fluxus sanguinis nariū est qui sequit̄ ꝑtem infirmiam ⁊ diuersificans non est cū illa bonitate. Et apata ꝯuenientiora ad hoc ut crisim faciant ꝑ fluxū sāguinis nariū sunt illa que sunt supra sumē. Et in apostemate quidem phlatico qd̄ incipit transire in lapideitatē ⁊ ꝓlongatur saniositas ⁊ eruptio non expectatur crisis per fluxū sāguinis nariū ⁊ silr nō expectatur in apostemate frigido in cerebro: ⁊ i peripneumonia crisis ꝑ fluxū sanguinis nariū.

De significationibus sumptis ex fluxu sāguinis narium. Capitulū. lxxiiij.

Fluxus sanguinis nariū paruus est malꝰ ⁊ plurimus. Et fluxus sāguinis narium pluris malitie est qui est sanguinis nigri. Et paꝝ fit fluxus sanguinis malus ex sanguine rubeo ⁊ splendido. Et fluxus sanguinis nariū qui cadit in quarto significat difficultatem crisis: immo bonus est ille qui cadit in imparibus.

De significationibus sumptis ex sternutatiōe. Capitulum. lxxv.

Sternutatio bona est qn̄ accidit apud statū in ꝓmis v̓o eius est de signis corize aut humoris mordicatiui.

De iudicijs egestionis. Capitulum. lxxvi.

Iam locuti fuimus de egestione in libro primo sermonē vniuersalem abbreuiatū. Et necessariū est nobis ut repleamꝰ sermonem in ea multa repletione: ⁊ ſm illud quod sequit̄ de sermone in egritudinibus acutis.

De signis sūptis ex egestione. Ca. lxxvij.

Diuersitas coloris eiꝰ qd̄ egredit̄ de egōne est laudabilis in duabꝰ horis nō alibi: q̄ꝝ vna est diuersitas cretica post digō nem in die cretico ⁊ signo cretico. Et altera post potionē solutiuam ꝑ transeuntē fortem. Et significat in duabus dispositionibus mūdificationē corporis expectatā. In alijs vero significat adustionē ⁊ liq̄factionem ⁊ mltitudinē hūoꝝ corruptoꝝ. Egestio fetida similis egestioni pueroꝝ ⁊ infantium est mala. Egestio cholerica in ꝑncipio egritudinis significat dominiū cholē ⁊ est non bona. Et in fine eius apd̄ declinationē significat ꝙ corpus mūdificat̄ ⁊ est significatio bona. Et quādo separat̄ egestio cholīca multa ⁊ non alleuiat̄ egritudo tūc illd̄ est significatō mala: ⁊ fluxus ventris multus post signa mala significat casū virtutis ⁊ ꝑter ꝙ succedat leuitas est significatio mortis: licꝫ fe. etiā sit eradicata. Fluxus vētris sup quē est vnctuositas nō ab acceptione rei vnctuose significat liquefactionem mēbroꝝ radicaliū ⁊ est significatio mala: sꝫ non est mortalis. Et fortasse ē vnctuositas ex carne. Et qn̄ sup ipam est simile virus ⁊ emanat citrinū ⁊ dn̄atur fetor ⁊ illud in febribus acutis est mortale. Egestio super partes cuius stat res subtilis significat ꝙ est virus ex epate ⁊ est mōdicatiua ⁊ facit exire egestionem cū velocitate ⁊ fortasse egredit̄ sola ⁊ est mala. Cū in egestione sūt aliq̄ silīa corticibus lupinoꝝ in omnibus egritudinibus tunc est signū mortale.

De iudicijs vomitus. Capitulū. lxxviij.

Iam locuti fuimꝰ in libro primo de vomitu. Et necessariū ꝗdem est ut afferamꝰ hic aliqd̄ de eo ⁊ de alijs ⁊ eius positio magis licita est in hoc loco. Dico ergo ꝙ vomitus magis iuuatiuus est ille qui ē ex phlate ⁊ cholera i quo in re euomita vel effusa est vehemens ꝑmixtio non est vehementis grossitiei. Et q̄ntoplus vomitꝰ est purior tanto magis est deterior. Cholericus enim purus significat vehementiā caloris ⁊ phla purū significat vehementiā frigoris.

De signis sūptis ex vomitu. Capi. lxxix.

Vomitus diuersificatus a colore vomitus cōsueto qui est albus aquosus ⁊ citrinꝰ est malus. Et ille q est sicut viridis ⁊ q est sicut color porri ⁊ ꝓprie fetidus ⁊ q est sicut color sicle. Et rubeꝰ cū nigredine ⁊ obscurus. Et deterior est q est sicut flos eris ⁊ niger ⁊ ꝓprie cū fit spasmus subito: ipe enim interficit statim nisi sit illic virtus: fortasse enim remanet usq; ad duos dies. Et oportet ut cōsideret̄ in eo ne sit tinctura in re comesta. Et quando euomunt̄ omnes isti colores est malū valde. Et vomitus fetidus est malus. Et vomitus purus sicut diximus est malus.

De iudicijs vrine. Capitulum. lxxx.

Iam ꝑmissa sunt a nobis v̓ba vniuersalia de vrina in fen in qua sunt accn̄tia in libro primo. Et nos afferamus hic de illo ⁊ de alijs qd̄ magis ꝯueniēs est huic loco. Dico ergo qd̄ non oportet cū nō videt̄ in vrina signū digestionis forte indicare de morte: fortasse enim liberabitur eger cū hoc ꝑ euonem cadentē ex ꝑte aliqua cū virtute expellente digestum ⁊ indigestū: ⁊ fortasse resoluitur humor ſm lōgitudinem tollerantie aut fiet crisis ꝑ exituram ⁊ ꝓprie qn̄ non fuerit hūor vehemen

tis malitie: ſ3 eſt malus ſm pl'im ⁊ ſignificat fortitu dinem infirmi: ⁊ mior ſignificatio in eo eſt ſup lon gitudinez. Et ſimilit vrina que remanet ſm colo rem vrinaꝝ ſanoꝝ in horis egritudinis oibus. Si autē incipit alterari cū ſublimatione egritudinis tūc eſt magis incolume. Et qñq3 eſt vrina in egritudi nibus peſtilentialibus bona naturalis in ſubſtantia ſua in colore ⁊ ſedimine ⁊ ille cuius eſt tendit ad mō tem. Et ſcias ꝙ mulotiens mingūt infirmi vrinas malas in ſubſtautia ſua ⁊ colore ⁊ alijs ⁊ eſt illud ex pulſio cretica ⁊ ꝓprie in egritudinib⁹ acutis quaru3 cauſa eſt epar ⁊ partes vrine.

De ſignis malis ſumptis ex paucitate ⁊ multi tudine vrine. Capitulum.lxxxi.

Vrina que mingit qñq3 pauca ⁊ qñq3 mul ta ⁊ cūq3 retinet ⁊ non mingit eſt ſignū ma lū in febribus acutis ſignificans pugnā ve hemētē egritudinis ⁊ nature q̄ vincit ⁊ vincit ⁊ ſigni ficat laborē nature. Et ſignificat etiā groſſitudinem materiei: ⁊ ꝙ ipſa difficulter ſuſcipit digeſtionē. Si aūt febres fuerit quieta indica longitudinem ꝓpter groſſitudinem humoris.

De ſignis ſūptis ex tenuitate vrine. Ca.lxxxij.

Vrina tenuis qñq3 fit ſicut in diabete: ⁊ eſt cu3 ea aſſiduatio ſitis ⁊ velocitas ſurgendi ad vrina3 ⁊ facilitas egreſſionis. Et qñq3 fit ꝓpter cruditatem ⁊ opilationē habentem exitu3 materiei. Et qñq3 fit ꝓpt debilitatē virtutis alterati ue ⁊ non eſt cū facilitate exitus ⁊ eſt minoris malitie q̄3 diabetis. Et qñ mingit vrina tenuis in egritudini bus acutis ꝑ aliquot dies ſignificat ꝑmixtionem. Quod ſi accidat ꝑmixtio ⁊ pſeuerat tenuitas ſigni ficat mortem velocem ꝓpterea ꝙ materie ſupueni unt in cerebro ⁊ aufertur anima. Et qñ ꝯuertit ad groſſitudinem cu3 qua non fit alleuiatio: fortaſſe eſt ꝓpter liquefactionem mēbroꝝ. Qñ multiplicat vrina aquoſa apud horam exacerbationis febris to talis ſignificat ꝙ apoſtema euenit in inferioribus ⁊ conſidera in ſubſtantia ꝑmixta colori in capitulis q̄ ſunt poſt iſtud etiā. ⁊ ſcias ꝙ tenuitas eſt ſi cū ipſa iū gatur nigredini ⁊ rubedini. Si aūt fuerit tūc ſcias ꝙ cauſa in hoc eſt reſtringens aut vehementia vir tutis q̄litas egritudinalis imprimentis in aqua3.

De ſignis ſūptis ex groſſitudine ſubſtātie ⁊ cō turbatione eius. Capitulū.lxxxiij.

Cum ꝯuertit vrīa tenuis in groſſam in febre cōtinua ⁊ ſūt ſigna bona ſignificāt criſi3 cū ſudore. Si vero nō fuerint ſigna bona aut fuerit febris vehementis aduſtionis ſignificat inflā mationē aut in corde aut in epate. Et clarificatio vri ne groſſe ante criſim eſt ſignū non bonū: illud nāq3 ſignificat retentionem materiei ⁊ defectū nature i ex pellendo ea3. Vrina groſſa turbulēta in qua non reſidet aliquid ⁊ non clarificat ſignificat ebulitione3 humoꝝ ꝓpt vehementiā caliditatis extranee ⁊ debi litatem inate digerētis q̄ ꝓpter ē mala. Cū vrina ē ſpiſſā ⁊ ꝓpe in q̄rto mltiplicat criſis febriū ex laſſitu dine ⁊ ꝓprie ſi aſſociet ei flux⁹ ſāguinis nariu3.

De ſignis ſūptis ex vrina alba. Ca.lxxxiiij.

Vrina alba in egritudinibus acutis ſignifi cat declinationem materiei nō ad ꝑtem ve naꝝ et inſtrumēta vrine: fortaſſe eni3 decli nat ad cerebꝝ ⁊ erit dolor capitis aut phreneſis. Et fortaſſe declinat ad quedam viſcera ⁊ ſignificat apoſtema. Et ſi ſūt ſigna ad incolūitatem declinia ſi gnificant ꝙ egredit cū vomitu ſm pl'im ⁊ ꝓprie qñ non eſt ſignū in ſolutione vētris cui ſuccedat excoria tio inteſtinoꝝ. Et quādo eſt vrina alba tenuis in fe bre acutā: deiñ accidit ei ꝯturbatio ⁊ groſſitudo cu3 albedine ſua ſignificat ſpaſmū ⁊ mortem.

De ſignis ſūptis ex colore in vrina nigra in febri bus acutis. Capitulū.lxxxv.

Scias ꝙ non verificat iudiciu3 penitus de morte ꝓpt nigredinē coloris vrine in egri tudinibus acutis: lic3 in ſe ipſo ſit ſignū ma lū. ⁊ quāuis aſſocient ei iteꝝ ſigna alia mala cū vides virtutem in ea fortem ⁊ eſt potens facere euacuatio nes diuerſas ex omni genere ſuccedit ei ges: ſicut ac cidit mulieribus qñ cū menſtruis purgant ab hūo ribus malis: ⁊ ꝓpter hoc iſte mulieres ſunt ſaniores qm ipſe forſitan ꝓpter cauſa3 aliquā ꝯſuete ſūt eua cuari ab huiuſmōi materia ex via menſtruoꝝ. Et ſcias ꝙ vrina nigra q̄nto pl⁹ eſt pauca tāto ē deteriō ſignificans ꝯſumptionē hūiditatis. Et iteꝝ q̄nto ma gis eſt groſſior tanto eſt deterior in egritudinibus acutis. Et qñ nigra ē decliuis ad ſubtilitatē ⁊ tenu itatē ⁊ ē in ea ſedimē pēdens ⁊ eſt ei odor acutus in febrib⁹ acutis indicat dolore3 capitis ⁊ ꝑmixtione3 ⁊ certior diſpōnu3 eius eſt ꝙ ſignificat fluxū ſāguis nariū nigri: qm materia eſt acuta vincens: ⁊ fortaſſe erit cū eo ſudor ꝓpter calitatē qñ non ſupfluit neq3 miorat ⁊ expellit verſus ſupfluitatē ⁊ añcedit ſudorē eius horripilatio. Et qñ aſſociat vrine nigre in qua eſt ſedimen pēdēs res nigra rotūda aggregata cum qua inuenit odor malus ⁊ tenſio in laterib⁹ ⁊ apo ſtema ſub hypocōdrijs ⁊ ſudor ſignificat mortem. Et huius q̄de3 tenſio ſub hypocondrijs ſignificat ſpaſmū. ⁊ hmōi quidē ſudor fit ex debilitate. Vri na tenuis aquoſa ad nigredinē decliuis ſignificat te nuitate ſua lōgitudine3 egritudinis: ⁊ ſua nigredine malitiā ſuam. Et dicit in vrinis nigris ſubtilibus qñ ille cuius eſt vrīa deſiderat cibariū morit. Et vrīa tenuis nigra qñ ꝯuertit ad ſubalbedinē vel flauitatē ⁊ groſſitiē ⁊ nō aſſociat ei vlla q̄es ſignificat egritudi nem in epate ⁊ ꝓprie ictericiā: qm hec ꝯuerſio que ē ad groſſitie3 a tenuitate ⁊ ad ſbalbedinē a nigredie ſignificat diminutionem caliditatis ⁊ caſū digeſtio nis. Et illud eſt de illis q̄bus aſſociat aut ſuccedit le uitas. Et ſi non fuerit ꝓpter illud ſignificat materiā iam inuiſcatā in epate ⁊ nō ꝓpt mūdificationē. ⁊ ia3 fecit accidere opilationem: imo ſi eſt caliditas tūc iā ſubito facit accidere apoſtema. Vrina tenuis ni gra q̄ migit in febrib⁹ acutis paulatī in tꝑe lōgo cū ē cū dolore capitis ⁊ colli ſignificat deſtructionē ra tionis gradatim ⁊ eſt in mulieribus magis ſaluū.

De signis sūptis ex vrina rubea Ca. lxxxvi.

Rina rubea in egritudinib⁹ acutis qñ est cū rubedine subtilis significat cū signis laudabilib⁹ crisis velocitatē τ cū ꝯrijs eoꝝ significat velocitatē moꝛtis τ ex toto inflāmationem vehemētē. Et subtilitas cū rubedine significat i egritudinib⁹ acutis doloꝛem capitis τ ꝑmixtionē. Et vrina rubea grossa in egritudinibus acutis qñ eius egressus fit paulatim τ frequēter: τ ē cū fetoꝛe significat timoꝛē: qm̄ significat caliditatē vehemētē τ inquietudinē τ defectū nature. verū qñ ē abūdātis exitus multi sediminis significat sepationē τ ꝓpꝛie in febꝛibus incensiuis. Et q̄ mingit sanguinē puruꝫ in acutis moꝛit: qm̄ significat repletionē sanguineā vehementē cū acuitate ebulitionis τ timet̄ de hmōi ꝓfocatio que fit ex repletiōe ventriculoꝛuꝫ coꝛdis si declinat ad coꝛ: aut apoplexia si declinat ad cerebꝛ.

Urina rubea valde si ꝯuertatur i febꝛib⁹ ex lassitudine factis ad grossitiē: deinde appeat sedimē plim non subsidēs τ sit illic doloꝛ capitis significat lōgitudinē egritudinis: qm̄ materia ē inobediēs: quāobrem non ingrossatur ꝑus τ postq̄ȝ ingrossat̄ nō subsidet velociter: verū ei⁹ crisis fit ꝑ sudoꝛē: qm̄ mā est decliuis ad venas. Et huiusmodi qdem vrina assimilat̄ vrine icteritie τ differt ab ea in hoc ꝙ nō ꝯtingit pānos. Ad sūmuꝫ vrine rubee substātie: τ rubei sediminis significant appetitū τ cruditatē: τ significant lōgitudinē qñ rubedo nō est vehemēs: τ ē illa que est decliuis ad turbulētiam.

De signis sūptis ex vrina flaua Ca. lxxxvij.

Rina flaua in febꝛe acuta qñ ꝯuertit̄ ad albedinē aut ad nigredinē ē mala: qm̄ significat ꝑ albedinē eleuationē materiei ad caput: τ ꝑ nigredinē acuitatē q̄litatis egritudinis.

De signis sūptis ex sedimine Ca. lxxxviij.

Edimē diuersū in sub̄a τ coloꝛe qd̄ significat humoꝝ diuersoꝝ multitudinē ē malū. τ deterius eo ē illud qd̄ est minoꝝ partiū. significat eni ꝙ natura nō pōt expellere nisi postq̄ȝ minoꝛātur ꝑtes. Et leue qdē multotiēs ē magis significatiuūꝫ bonitatis q̄ȝ albū. Et multotiēs viuit ille cui⁹ sedimē est decline ad rubedinē: sed est leue. Et moꝛitur ille cui⁹ sedimē ad albedinē declinat: ſꝫ est diuersū asperū. Substātie eni bonitas vehemētius est facilis ad suscipiēdā expulsionē q̄ȝ bonitas coloꝛis. Et significat iterū ꝙ humoꝛes patiunt̄ ab egritudine plim: sicut sedimē bonū qñ minoꝛantur eius ꝑtes significat ꝙ nā opata ē iam in eo valde τ egritudo nō egit in eo. Sedimē spumosū τ spuma plenū cui⁹ albedo est ꝓpt̄ cōmixtionē aeris cuꝫ eo ē malū valde egrediēs a nā τ crudū est malum.

Et ille cui⁹ suꝑioꝛa sunt rotunda τ mouent̄ meli⁹ est q̄ȝ sedimē cui⁹ suꝑioꝛ suꝑficies ē congelata. τ magis significatiuū ꝙ egritudo ē velocis status τ acuta. Et sedimē qd̄ nō antecedit tenuitas τ paucitas superfluitatis: imo ē inuētū in ꝓncipio significat ꝙ humoꝛē plurim⁹ nō ꝙ sit digest⁹: imo opoꝛtet ut rubeat sedimē post aduentū digestiōis τ postq̄ȝ fuerit vrina subtilis in ꝓmis: τ postq̄ȝ fuerit hypostasis pauca. Et dū non ē ita significat ꝙ materia grauis grossa ē multa τ ꝙ egritudo iteꝛficit τ silr̄ vehementia tincture absq̄ȝ sedimine pauco. Et dū nō est ita nō significat bonū: τ qñq̄ȝ significat bonū τ maturitatē. Et qñq̄ȝ accidit illud ꝓpter doloꝛē τ ꝓpter vehemētiaꝫ caliditatis τ famē: tinctura enim vrine ieiuni addit̄ τ minoꝛatur eius sedimē. Et sedimē rubeum significat multitudinē sanguinis τ tarditatem digestionis: τ associant̄ eis in febꝛibus incensiuis iterum angustia τ tristitia. Et si ꝓlongatur vsq̄ȝ ad quadraginta ꝓlongatur egritudo: τ foꝛtasse nō speratur crisis vsq̄ȝ ad quadragesimū. Iterum sedimen rubeum pendens in quo ē declinatio ad supeꝛioꝛa cum est in vrina tenui significat in egritudinibus acutis permixtionē rationis: si autē perseuerat timetur ꝑditio. Si aūt vrine substātia incipiat ꝑuenire ad grossitudinem τ incipit pendens subsidere τ albificatur significat salutem. Sedimē quod est ſm formā frusti carnis in febꝛibus acutis sine significationib⁹ digestionis significat ꝙ est ex rasura mēbꝛoꝛuꝫ τ non ē ex renibus: τ qñ est illic digestio aut non est febꝛis significat illud quod scis de dispositione renum. Et illud qd̄ ē sile squamis piscis τ nō est signū digestionis τ febꝛis ē acuta est ex rasura febꝛis quam facit in neruis τ ossibus τ venis: τ i alijs fit ex vesica. Et furfureū quidem significauit simile illius: τ ꝙ febꝛis incipit radere ex ꝓfundo. Et distinguit inter ipsum τ inter illud de vesica: qm̄ illud de vesica ē cum signis lesionis vesice τ cum digestione τ grossitudine.

De signis sūptis ex dispositionibus aggregatis ꝓpter significationes diuersas coloꝛis τ substantie quarum ꝓma est in vrinis oleagineis Ca. lxxxix.

Leagina est illa cuius coloꝛ τ substātia similant̄ coloꝛi olei τ eius substātie. τ licꝫ sit mala: tñ qñ alie significatiōes significāt salutē nō est cū ea malū. Sedimē vō cū est oleaginum est malū valde. Et oino oleaginū purū est malum τ est illud quod facit te videre coloꝛē olei cum citrinitate τ viriditate. Et qñ oleaginū est accidēs post vrinam nigrā tunc ē significatio bona ſm ꝙ testificatur de ea Ruffus sapiens. Et deterius oleaginū est illud quod est in ꝓncipio egritudinis. Et quando significationes significant malitiam τ mingitur vrina oleaginea in quarto indicat moꝛtem in firmi in sexto. Et vrina que alteratur subito ex signis laudabilib⁹ ad signa vituperabilia significat i egritudinibus acutis moꝛtem: quoniā significat casum virtutis subito ꝓpter prauitatem accidentium.

Urina oleaginea qñq̄ȝ significat permixtionē rationis qm̄ facta ē ex exsiccatiōe. Urina in qua sūt frusta sanguinis congelati in febꝛe acuta qñ cuꝫ ea est siccitas lingue est signum malum. si autem fuerit nigra cum hoc tunc illud est deterius. Et non currit sanguis in vrina i febꝛe acuta nisi ꝓpter vehemētiam acuitatis eius: τ ꝓpterea ꝙ disrumpit vasa τ vias ei⁹. Et eius cōgelatio est ꝓpter vehemētiā cali

ditatis ipsius. Urina alba tenuis in qua ē spuma
⁊ nubes citrina significat timorē vehemētem ꝓpt̄ il
lud qđ ipsa significat de exacerbatione ⁊ vehemen-
tia acuitatis materiei. Et nos qdē iam locuti fui-
mus de vrina tenui nigra illud i quo ē sufficientia.

Urina tenuis flaua in ꝑncipio febriū acutarū qñ
ꝯuertit̄ ad grossitiē ⁊ ad albedinē: deīde remanet fe
culenta turbida sicut vrina asini: ⁊ incipit exire īuo
luntarie: ⁊ sūt illic vigilie ⁊ ingetudo significat spas-
mū vtriusq; lateris cui succedit mors qñ nō fuerint
signa bona illa. Urina eni que ē cū flauo colore
non subtiliatur nisi ꝓpter dominiū hūoris colerici
calidi ⁊ non ingrossatur ⁊ inspissat̄ ꝓpter exacerba-
tionē egritudinis ⁊ cōmotionē in dispositiōib⁹ ma
teriei. Et dixerūt de vrina pauca q̄ est cū colore sā
guinis q̄ est mala ꝑcipue quando cū infirmo ē pas
sio venenosa.

De signis malis sumptis ex parte qualitatis se-
parationis vrine Ca. xc.

[Q]uando febrē acutā patiēs nō pōt mingē
nisi parū cū dolore absq; vulnere aut apa
te in instr̄is vrine ⁊ cū frequentia pulsus ⁊
debilitatis ē signū malū. Cum retinet̄ vrina in fe-
bre ꝯtinua ⁊ ē vehemētia doloris capitis: ⁊ multitu
do sudoris significat cuzegi. Urina q̄ guttatī stil-
latur in febre ꝯtinua ⁊ cū vehementia doloris capi-
tis ⁊ multitudine sudoris significat cuzegi. Et vri
na que guttatim stillat̄ in febre qeta significat fluxū
sāguinis nariū. Qđ si febris fuerit acuta incēsiua si-
gnificat dispositionē malā aduenietē cerebro. Et si
fuerit qeta significat multitudinē repletiōis ⁊ debi-
litatē nature i expellēdo. Et cā vrine egrediētis in fe
brib⁹ acutis īuolūtarie ē debilitas v̄tutis aut nocu
mētū i cerebro: ⁊ nō fit illud nisi ꝓpt̄ ascēsionē ma-
terie acute calefacte ad cerebrū quare cōmunicāt ei
membra lacertosa.

De numeratiōe signoꝝ maloꝝ i vrina Ca. xci.

[A]quosa ⁊ ꝓcedēs ⁊ fetida ⁊ nigra ⁊ grossa
ē mala. Et illa in q̄ ꝓcedit ex iferiori ꝑte
ei⁹ vsq; ad ipsi⁹ sup̄iorē sic̄ fum⁹ ē mortal̄
ꝓpinq̄. Et iterū pinguis cui⁹ color ē color aque
carnis cum fetore dominā̄te est mortalis.

De signis i egrotis mala generū diuersoꝝ quo
rū malitia est ꝓpter aggregationem eoꝝ in febrici-
tantibus ⁊ alijs Ca. xcij.

[Q]uando aggregant̄ vomit⁹ ⁊ pūctura ⁊ ꝑ-
mixtio rōnis tūc illud ē signum mortale.
Qñ diuersificat̄ alteratio corpis i tactu ⁊ i
colore ⁊ i eo qđ euomit̄ ⁊ i eo qđ euacuat̄ significat
q̄ nā ē ābigua cū hūorib⁹ diuersis ⁊ egritudinib⁹
diuersis cui ē necessariū resistē eis oib⁹ ⁊ ē ꝓculdu-
bio de illis q̄ deficiūt ei. Qñ aggregantur in febre
insepabili frigus eius qđ apparet ⁊ adustio interio
rū ⁊ vehementia sitis cū hoc tūc illud ē mortale.
Quando aggregat̄ cū percussione dentium ꝑmi
xtio in rōne tunc eger approximat perditioni.
Qñ accidūt infirmo subito fluxus ventris niger
cū adustione ⁊ mordicatione ⁊ dolore adurēte i vē
tre eius ⁊ pulsus cordis syncopis ē signū mortis.
Qñ sudant duo cornua frontis sudore frigido ⁊ ci-
trinant̄ vngues ⁊ virides fiunt ⁊ alterant̄: ⁊ apatur
lingua ⁊ apparet sup ipam ⁊ sup corpus pustula ex
tranea tūc mors est ꝓxima. Et si fuerint in ꝑtibus
hypocōdriorū ꝑcussio ⁊ salt⁹ cū febre: deinde cum
hoc oculus mouet̄ motu malo tunc oz ut expectet̄
malitia dispositiōis: qñ hec dispositio significat vē
tositatē inflatiuā ⁊ ꝑcussionē q̄ fit ꝓpt̄ apa vehemēs
⁊ ꝓpt̄ vehemētiā ꝯstrictiōis vene magne. Et pulsus
vehemētis ꝑcussionis ꝯtinuus magnus valde asso
ciat̄ manie: ⁊ oz ut ꝯsideret̄: fortasse eni ꝑcussio ⁊ sal
tus nō sunt submerse ad viscera: imo i eo qđ appa
ret de mirac: ⁊ illud nō ē nociuū qñ ē cū eo apa nisi
sup̄fluat valde in magnitudine. Et si ꝑseuerat hec
dispositio viginti diebus ⁊ nō sedant̄ apa ⁊ febris si
gnificat q̄ aperietur: ⁊ tūc fortasse saluabit̄ infirm⁹:
⁊ illud erit ꝑ vrinā exuberātē aut ꝑmutationē mate
riei ad extremitates ⁊ ꝓp̄e ad pedes. Illi q̄ debili
tant̄ ex egritudinib⁹ qñ accidūt eis anhelit⁹ frequēs
⁊ syncopis tūc iaz appropinquāt morti ⁊ nō addūt
sup quatuor horas. Cū homo hz febrē incēsiuaz
⁊ inuenit alleuiationez ⁊ quietem caliditatis subito
absq; crisi manifesta cū euacuatione aut ꝑmutatiōe
⁊ sine extinctione vltima ⁊ sine ꝑmutatione de aere
ad aerem in regione vna aut in duab⁹ regionib⁹ et
quiescit qđ est in pulsu de velocitate ⁊ inuenit̄ sic̄ trā
quillitas tūc iudica q̄ moritur velociter. Cū ho-
mini inest febris ⁊ pulsat cor ei⁹ subito: ⁊ iuadit eū
singultus ⁊ stringit̄ vēter ei⁹ sine causa cognita mo
ritur. Cum q̄ egritudinē hz acutā mingit vrinam
albā subtilē deīde ingrossat̄ postea ebulit ⁊ albescit
⁊ remanet ebuliens ita ⁊ q̄si vrina asini ⁊ mingit̄ in-
uoluntarie ⁊ sunt vigilie ⁊ inquietudo significat te-
tanū apparentez in vtrisq; lateribus: deinde mori
tur. Dicit cū vrina fuerit similis muri postq; fuit
alba ante illud ⁊ sup ipam fuerit sic̄ spuma: deinde
cucurrerit ex narib⁹ sāguis niger tūc illud ē res ma-
la. Et de signis malis q̄ qdā medicoꝝ dixerunt ⁊
nō tēdit rōcinatio ad ea nisi cū grauitate sūt q̄ dicit̄
qñ apparet in hoie sup venā que ē in collo eius pu
stula silis grano cucurbite cum variolis albis pluri
mis ⁊ accidit ei desideriū rerum calidarū. Et dici
tur qñ apparet in hoie in tp̄e sinistro pustula dura
rubea ⁊ accidit habenti eaz hoc pruritus vehemēs
in oculis eius moritur in die decimo: ⁊ habēs hūc
dolorem desiderat sisamos. Et dicit̄ quecūq; egri
tudo vehemēs accidit sudito: deinde seqtur illā vo
mitus aut fluxus vētris ē significatio mortis. Di
cit̄ q̄ qñ accidūt febriēti ⁊ alij apata ⁊ vlcera leuia:
deinde destruit̄ rō ei⁹ morit̄. Dicit̄ q̄ qñ inest ho
mini mollities in facie ⁊ corpore ei⁹ ⁊ nō est dolor ⁊
accidit ei in ꝑncipio illi⁹ pruritus in naso suo morit̄
in scđo ⁊ tertio. Et dicit̄ q̄ qñ inest hōi sup genu
eius sil̄e vae rotūde ⁊ illud est nigrum ⁊ in circuitu
eius rubeum moritur cito vsquequo expectentur
quinquaginta dies. Et signum mortis eius est q̄
sudat sudore frigido.

De signis longitudinis egritudinis Ca.xciij.

[S]cias ꝙ lõgitudo egritudinis fit ꝓpter grossitudinẽ in visceribꝰ: aut ꝓpter ꝑmixtionem in regimine. ⁊ ſm oẽm dispositionẽ debilitaſ in ea stomachus: qñ tangit ipm tarditas. Et digestio equalis significat eam: aut tarditas sediminis pẽdentis: aut assiduatio sediminis rubei iteruʒ paruitas eni apparitionis sediminis significat longitudinẽ egritudinis. Et siliter quando est cũ acuitate egritudinis pulsus magnꝰ ⁊ facies eiꝰ pinguis ⁊ hypocondria inflata q̃ non detumescũt significat paucitatẽ resolutionis: ⁊ lõgitudinẽ egritudinis. Cũqꝫ aduenuũt signa crisis ante digestionẽ ⁊ nõ cadit virtus ⁊ nõ apparẽt signa mortis tunc egritudo ꝓlongaſ. Et scias ꝙ terribilitas crisis qñ non iuuat ⁊ nõ nocet ⁊ dispositiões remanẽt ſm modum suũ tũc egritudo ẽ longa. Et multitudo saltus in egritudine significat longitudinẽ eiꝰ ⁊ ꝓprie cuʒ vehemens fit a ꝑncipio rei: in fine vero eius ẽ rectius.

Et qñ associaſ euacuatiõibꝰ paucis que significãt ꝙ natura mouit materiã ⁊ deficit in expulsione eiꝰ integra siue sit sudor aut fluxus sanguinis narium aut alia signa bona aut ꝑuatio signorum maloꝝ significat longitudinẽ. Et quãdo remanet sedimẽ rubeũ vsqꝫ ad quadraginta dies indicat longitudineʒ febris ita ut nõ speret crisis ⁊ separatio vsqꝫ ad sexaginta. Pollutio in ꝑncipio egritudinis significat longitudinẽ. Cuʒ vides signa longitudinis egritudinis in diebꝰ antecedẽtibus tũc nõ est significatio eoꝝ sicut significatio ipsoruʒ post illud. Et cũ videris illud quod ẽ cõtrariũ illis signis magis verificari forsitan apparere i medijs diebus ⁊ in posterioribꝰ eiꝰ tũc ꝯsidera iudiciũ indicationis ut scias ipsa in quo die erit. ⁊ ille dies quo die indicaſ et obserua ꝯditiones ꝑdictas in ea. Et considera dispositionẽ virtutis ⁊ etatis ⁊ temporis ⁊ cõplexiõis ⁊ dispositionẽ motuuʒ egri in quãtitate ⁊ qualitate sua ⁊ antecessione ⁊ postpositiõe sua ⁊ horarum suarum ꝓpe in statibus acute ⁊ lõgitudine eiꝰ ⁊ abbreuiatione eiꝰ an sit ad motũ decliuis: aut ad quietem ⁊ iudica per quantitatẽ eius.

De signis ꝙ egritudo consumetur crisi aut resolutione Capitulum.xciiij.

[C]um fuerit virtus fortis valde ⁊ paroxismi augmẽtati i qualitate ⁊ quãtitate: ⁊ etas ⁊ cõplexio ⁊ ips declinãt ad motionẽ nõ ad quietem: ⁊ digestionis ⁊ eiꝰ cõtrarij signa festinãtia tunc egritudo cõsumeſ cũ crisi. Et si res fuerint ecõtrario ⁊ signa tarditatis iuenta tũc egritudo ꝓlongatur ⁊ interficit cũ resolutione aut remoueſ. ⁊ si diuersificaſ erũt crises diminute ⁊ tardate ⁊ cũ ꝑmutatione. Mors aũt ⁊ vita significanſ ꝑ dispositiões virtutis ⁊ signa alterationis vniuscuiusqꝫ duarum rerum ⁊ sui contrarij.

De iudicijs recidiuationis Ca.xcv.

[D]eterior recidiuatio ẽ illa q̃ ẽ velocior ⁊ est cũ virtute debiliore ⁊ associanſ ei ꝓculdubio cũ ẽ eiꝰ forma forma hec signa recidiuatiõis. Et ut eueñiat recidiuatio errore regiminis saluius est q̃ʒ ut eueniat ꝑ se cum rectificatione regiminis. Et de errore in hoc est dare in potu calefacientia ⁊ medicinas quibus vult aliquis bonitatẽ appetitus sicut geleniabin mellinũ ⁊ trocisci rasocei ⁊ similia. Et reliquie q̃ remanent post crisim attrahunt recidiuationẽ cito nisi succurratur. Et recidiuatio vehemẽtior est q̃ʒ radix: qñ malitia eius ẽ veniens ⁊ stans est debilis.

De signis recidiuatiõis Ca.xcvi.

[I]n nullo cuiꝰ febris nõ q̃escit ꝑ crisim ꝯpletã ⁊ in die suo timeſ recidiuatio. Et si fuerit quies eiꝰ sine crisi oĩno nõ est excusatio recidiuationis ⁊ ꝓpe quando crisis ẽ cũ eis que sunt sicut variole aut icteritia aut scabies: ⁊ ad sũmũ cum cã q̃ sit in cute. Et significaſ qñqꝫ ꝙ erit recidiuatio ex debilitate ꝟtutis ⁊ appetitu ⁊ nausea ⁊ malitia anime ⁊ paucitate digestionis ⁊ corruptiõe cibi in stomacho tẽdẽtis ad acetositatẽ ⁊ fumositatẽ. Et inflatiõe hypocõdriuʒ ⁊ ꝑtiũ epatis ⁊ splenis. Et corruptiõe sõni ⁊ lõgitudine vigiliarũ: ⁊ vehemẽtia sitis. ⁊ vehemẽtia iflatiõis faciei ꝓpe ẽ signũ malũ ⁊ ꝓpe i palpebra supiore ⁊ ꝓpe eiꝰ apatio ⁊ ipiꝰ abbreuiatõ ⁊ siliter cũ resolutione inflatiõis faciei. Et de illis q̃ significant eã est ut corpus bñ recipiat cibũ ⁊ non remoueaſ per ipm extenuatio ⁊ ꝓpe qñ ista accidẽtia mala apparẽt ⁊ vehemẽtiora fiunt in horis paroxismoꝝ egritudinis q̃ fuit. Et qñqꝫ significaſ recidiuatio ex pulsu qñ remanẽt in eo spissitudo ⁊ velocitas. Et ex ꝓfundatione exiturarũ creticarum ⁊ occultatione earũ. Et ex vrina qñ in ea remanet tinctura ꝑſima citrinitatis aut flauedinis aut rubedinis. aut ẽ ex illis i qbus nõ pẽdet sedimẽ neqꝫ residet ⁊ qñ vrina infirmi nõ siſatur vrine eius nãli.

Et q̃dam tꝑa significatiora sunt recidiuatiõis q̃ʒ q̃dam alia sicut autũnꝰ: in ipso eni plus cadit recidiuatio q̃ʒ in reliq̃s tꝑibus. Et genꝰ egritudinũ iterũ adiuuat ad significãdã recidiuationẽ sicut febres aꝑose cũ post se relinquũt caliditatẽ ⁊ inflatiões in visceribus ⁊ sicut epilepsia ⁊ scotomia ⁊ dolores renum ⁊ epatis ⁊ splenis ⁊ emigranea ⁊ cephalea ⁊ catarrus ⁊ que ab ipso generanſ de asmate et alijs et egritudinibus anhelitus.

De causa mortis Ca.xcvij.

[M]ors fit aut ꝓpter cãm qua corrũpitur complexio cordis: aut ꝓpter cãm q̃ resoluiſ ꝟtꝰ q̃re extinguiſ. Et facta ꝓpter cãm q̃ corrũpitur cõplexio cordis: aut est dolor vehemens: aut q̃litas suꝑflua de qualitatibus notis: aut ẽ qualitas extranea venenosa aut est retentio materiei anhelitus. Et ꝓpter hoc oportet ut dimittanſ resupini ⁊ ne dimittanſ guttura eoꝝ desiccari.

De spẽbus mortis q̃ accidit in horis febriuʒ ⁊ signis qualitatis mortis infirmi Ca.xcviij.

[D]e illis ẽ mors q̃ accidit eis i ꝑncipio paroxismi febris ⁊ augmẽto eiꝰ aut reuolutione eiꝰ. Et ꝑſim eiꝰ ẽ in febribꝰ aꝑatũ itrisecoꝝ vbi effũditur ab ipsa suꝑfluitas subito. Et in egritu-

dinibus malignis a qbus supatur natura in primis cū mouet cū fortitudine pcipue si fuerit debilis ⁊ ad sūmū est sicut prefocans ⁊ sicut extinctio ignis a multis lignis. Et de illis ē mors in statu poxismoꝝ febris ꝓpt superationē nature ab egritudine. Et tertia est mors facta in decliatione ⁊ ē pauca ⁊ rara. Et plim eius est in declinatione pticulari nō vniuersali ⁊ causa in ea ꝙ natura in ipa est sicut secura ⁊ expandit calitas ⁊ pdit ⁊ dispditur retentio que necessaria ē in horis pncipij. Et plures coꝝ moriunt cū syncopi subito: ⁊ qdaꝫ coꝝ gradatim. Et fortasse decliatio est declinatio q̄ est sine mollificatione v̇tutis ⁊ resolutione calitatis inate quare existimat ꝙ sit decliatio leuis: ⁊ pulsus qdem diuersificat in vtrisqꝫ declinationibus. ipe eniꝫ in vera ꝯfortat ⁊ in falsa mollificat ⁊ in vera equat ⁊ in falsa diuersificat ⁊ egredit ab ordine. In declinatione vero totali non morit aliquis nisi ꝓpter causas laboriosas de foris que supueniūt infirmo ⁊ est debilis sicut mors aut eleuatio aut ira. ⁊ qñqꝫ accidūt huiusmōi etiā prime. Et huiusmōi qdeꝫ mortem antecedit sudor paucus viscosus. Et multotiens morit aliqs in variolis in decliatione. Et multotiens qdem antecedit eam sudor in eq̄lis ad frigus decliue ⁊ fortasse ē in capite ⁊ collo tm̄ aut in pectore tantū. Et qñ cutis in aliqua specie ē sicca tensa tunc non erit mors p sudorē ⁊ cū ei⁹ cōtrario erit cū sudore: vero plim mortis in egritudinibus mortalibus fit ex modo aliquo in hora in qua fit crisis bona in egritudinibus saluis sicut si est egritudo in paribus erit mors in paribus ⁊ si fuerit in imparibus erit mors in imparibus. Et scias ꝙ causon ⁊ que ei sunt similia attrahūt mortem apud statum paroxismi ⁊ accidunt cū ea accidentia mala de pmixtione rationis ⁊ vehemētia angustie ⁊ ꝓfūditate somni ⁊ debilitate tollerantie febris: deiñ accidūt dolor capit̄ ⁊ tenebrositas oculoꝝ ⁊ dolor oris stomachi ⁊ ingetudo. Et ptisica attrahit mortē in pncipio paroxismi ⁊ tūc est frigus lōguꝫ ⁊ nō calesit ⁊ pulsus puus valde vermicularis: ⁊ vehemēs fit somni ꝓfunditas ⁊ pigritia. Et ad sūmuꝫ vnaq̄qꝫ attrahit mortem in hora in qua ipa fit vehementior sup infirmū plus siue sit incipiens siue sit in augmētato aut in statu. ⁊ mors qdem in augmentato apparente quādoqꝫ accidit in paucis tantū. Et qñ tu cōsideras signa mortis in hora quā diximus ⁊ nō inuenis ea tunc non timeas ꝙ si inueneris ea tūc existima ꝙ erit mors. Si aūt cōsecutuꝫ fuerit illud aliquod maloꝝ signoꝝ predictoꝝ tūc iudica fm̄ plurimū si fuerint paroxismi impares ꝙ ipe morit in septimo: aut pares ꝙ moriet in sexto precipue si fuerit egritudo velocis motus.

De significatōe mortis absqꝫ crisi. Ca. xcix.

E illis est debilitas virtutis ⁊ defectus eius ad resistendū egritudini. Et de illis est tarditas signoꝝ digestionis omnino. Et de illis est virtus egritudinis cum tarditate motus ipsius. Et quando aggregant omnia ista est magis ꝑniciosa.

De dispositionibus accidentibus conualescētibus. Capitulum. c.

Quandoqꝫ accidit ꝯualescentibus recidiuatio. Et accidit eis vehementia virtutis ⁊ debilitas ipsius cum in eis est illud quod diximus in capitulo regiminis eoꝝ. Et accidit eis ne iuuentur ab eo sumunt de cibo ⁊ ne redeant corpora eorum ad virtutem. Et accidunt eis exiture cum non sunt mundificata cōpa eoꝝ ab humorib⁹ per euacuationem. Et quandoqꝫ accidit eis corruptio quorūdam membroꝝ propterea ꝙ expellit materia illic. Et quandoqꝫ accidunt eis egritudines contrarie egritudinibus que fuerunt in eis cum superfluent in eis in contrario eius quod est cuꝫ eis sicut accidit eis grauitas i ligua ⁊ paralysis ⁊ colica frigida ⁊ apoplexia ⁊ epilepsia ⁊ dolor capitis inseparabilis ⁊ emigranea ⁊ que his sunt similes quando infrigidatio ⁊ humectatio moduꝫ pertransierūt. Et qñdoqꝫ accidit ei pruritus plurimus queꝫ remouet aqua tepida. Et accidit eis ut albificēt eoꝝ capilli ꝓpterea ꝙ capilli priuant nutrimento ⁊ propterea ꝙ spargitur humiditas innata qua stat nigredo sicut accidit segetibus ꝙ quando siccantur albescunt: postea quādo eoꝝ dispositiones bone fiūt redit nigredo capilloruꝫ sicut accidit iteruꝫ segetibus qñ potant aq̄ qm̄ tunc redit ipaꝝ viriditas.

De regimine ꝯualescentis. Capitulū. ci.

tu exquisitissimo donec equentur. Et oportet vt di
stilletur super membrum infirmum ex oleo bis aut
ter in die. Et cum ponitur hoc medicamen desuper
oportet vt ponatur super ipsum deforis lana iam in
fusa in aceto τ oleo calefactis equali caliditate. Nã
non est aliquid nocibilius omnino neruis infirmis
neque deterius super eos q̃ȝ illud qꝺ est frigidum.
Qꝺ si necessarium sit emplastrare ista membra in di
spositione emplastro facto cum aceto τ melle τ cine
re tunc oportet vt emplastrum sit coctum τ vt sit fa
rina eius farina herbi. Si autem non fuerit tibi pñs
tunc administra farinam fabarum aut ordei.

De attractione neruorum τ eorum torsione. C. v.

[C]um neruis aduenit attractio tunc si non fue
rint cũ eo vulnera neque apostemata ad hoc
curetur cum eo qꝺ sedat dolorem. Et similit̃
quando accidit apostema tunc non cures ipsum cũ
eo qꝺ rumpit sicut aqua cineris τ similia: immo cu
ra ipsum cum sedantibus dolorem. Et similiter oꝫ
vt embrocetur membrum cum oleo calefacto em
brocatione cõtinua. Et sint in virtute illius olei mol
lificatio τ resolutio. Et de oleis bonis in hoc est ole
um anetinum τ oleum de alachoen τ oleum de
ruta τ similiter emplastra conuenientia ad illud. Et
similiter maluauiscus est mirabilis qum teritur τ po
natur super neruos tritos. Et caro verneriarum est
mirabilis. Et fortasse curatur cum cepe bis cocta.
Qꝺ si fuerit illic apostema tunc regimen in sedatio
ne apostematis eius est vt administretur desuper cõ
gelatum vue cum vino τ pauco aceto τ oleo cũ quã
titate conueniente τ calefiat cum equalitate. Et sub
mergatur lana sordida τ proprie lana isopi τ pona
tur desuper. Et si fuerit hec lesio in iuncturis tunc il
lic est melius vt sedetur dolor τ ponatur medicamẽ
fortius τ compositum cum eo qꝺ maturat τ resol
uit sed cum stipticitate temperata τ opponatur per
id apostema: τ non addat in eo. Et considera in do
lore τ apostemate τ intende ad id ex eis qꝺ est vehe
mentioris intentionis. Et quando non est dolor tũc
perfora τ administra id qꝺ est forte sicut aqua cine
ris τ acetum τ vinum iterum. Et quando apostema
iam prolongatum est tunc conforta medicamen fa
ctum cum aqua cineris τ qꝺ sit cum sorditie balnei.
Qꝺ si fuerint illic in cute vulnera etiam tunc necessa
ria sunt illa in quibus sunt exiccatio fortis τ aggre
gatio τ strictura quibus colligantur partes sicut fa
rina fabarum τ acetum τ mel τ est medicamen bo
num. Et si vis vt sit fortioris exsiccationis pone i eo
farinam herbi. τ si adest voluntas vt sit fortius iterũ
ponatur in ipso radix lilij. Et si fuerint vulnera ta
liter vt non curetur de eis tunc curentur nerui cum
eo qꝺ prohibet apostemationem neruorum τ non
sit occupatio cum eis τ caro ostrearum est mirabi
lis. τ quandoque curatur cum cerato ex sale. τ em
plastrum cum olibano τ myrrha est cõmunis iu
uamenti in vtrisque dispositionibus. Et si fue
rit cum vtrisque rebus dolor clamosus tunc opor
tet vt misceatur cum medicinis pix τ emplastretur
cum illo calido. Et oportet vt caueatur in torsio
ne neruorũ aqua τ nõ approximetur neq; calida neq;
frigida: imo administrent̃ olea qbus ẽ virtus aromaticorũ
stipticorũ calefacta τ spẽrũ cũ qbus ẽ hec dispositio.

De iudicijs neruorum corruptorum. Cap. vi.

Quandoq; accidit frustis neruorum corruptio. Et est necessarium vt extrahatur: oportet ergo vt extrahantur extractione vene ciuil.

De neruorum duritie ⁊ eorum torsione. Cap. vij.

Hoc multotiens accidit a verberatione aut casu ⁊ quando premit sentit cum eo stupor. Et cura duritiei neruorum prima est curationi aposte matum durorum ⁊ alrosbot ⁊ nos diximus in tabulis medicinarum singularium ⁊ in antidotario q necessarium est rememorari de medicis eius. Et quod narrabimus hic sunt medicine experte in eo de quibus sunt leues sicut vt sumatur bdellij iudaici pondus. ʒ.x. ⁊ infundatur in aqua ⁊ soluatur in ea ⁊ conficiatur cum eo quantum ipsum est de radice maluauisci contriti valde ⁊ emplastret cum eo. Et similiter radix lilij confecta cum congelato vue. Et iterum amoniacum ⁊ galbanum ⁊ euforbium aggregata cum fece olei. Et iterum sumatur semen almaru ⁊ fiat emplastrum cum vino cocto. Et iterum medicamen diaquilon cum medietate sui de stercore caprino est vltimum.

De rememoratione egritudinum ossium. Cap. viij.

In ossibus autem accidunt egritudines ex corruptione complexionis ⁊ ex solutione singularis ⁊ fractura ⁊ dislocatione ⁊ putrefactione ⁊ vlceratione ⁊ excorticatione. Et nos quidem loquemur de fractura ⁊ dislocatione que indigent restauratione post hunc locum. Illas autem que de eis indigent alijs medicis dicemus hic querentes auxilium a deo.

De ventositate spine ⁊ corruptione ossis. Cap. ix.

Uentositatis spine causa sunt humores acuti penetrantes in os corrodentes ipsum. Et incessus ventositatis spine est incessus doloris iuncturarum verumtamen materia in dolore iuncturarum est in carne ⁊ in uentositate spine est in osse: ⁊ eius additio corrumpit ossis partem vnam post aliam. Dixerunt quidam q spina est spasmus in toto corpore propter vlcus ⁊ non affirmatur.

De signis corruptionis ossis. Cap. x.

Cum ossi accidit corruptio vides carnem super ipsum mollescere ⁊ mollem fieri: Et incipit in via fetoris ⁊ virus: Et penetrat per eam tenta facillime ad os: Cumq; peruenit ad os non inuenit ipsum lene ita vt lubricet ab eo: immo adheret ei parumper ⁊ quasi inuenit rem non firmam in seipsa immo habentem fracturam aut putrefactionem: ⁊ fortasse destruitur ⁊ lenitur: ⁊ proprie quando non est corruptio in principio. nam in hora principij non apparet illud cum tenta. Et quandoq; significat lubricitas eius superflua corruptionem eius ex hoc q quando lubricat in eo tenta in omni latere significat seperationem panniculi ab eo: ⁊ illud propter corruptionem que incepit ⁊ illa que incipiet cum corrumpetur caro supra ipsum. Et cum discooperueris eam ab eo inuenies ipsum mali coloris. Et multotiens quidem antecedit ipsum apostema ⁊ corruptio carnis ⁊ membra in primis ⁊ mors deinde venit ad ipsum.

De curatione eius. Cap. xi.

Curatio corruptionis ossis est eius fricatio ⁊ ipsius destructio aut eius abscissio ⁊ ipsius serratura siue sit fistula siue non sit. Nam necesse est fricare ipsum ⁊ radere aut cauterizare perueniendo ad vltimum corruptionis eius vt cadant cortices corrupti ⁊ remaneat sanum. Et quandoq; cadunt cortices ossium per medicinas iterum sicut cadunt cortices capitis ⁊ aliorum. Et de illis est medicamen cuius hec est descriptio: ℞. aristologiam ireos myrrham aloem cortices plante opoponaci cambil adustum scoriam eris cortices plani aggregentur ⁊ est mirabile faciens cadere cortices ossium ⁊ nasci carnem bonam super ea. Et si fuerit corruptio ossis profundior illa tunc necesse est concauare ipsum. Quod si corruptio iam persecuta est medullam non est excusatio quin assumatur illud os cum medulla sua. Et si corruptio fuerit de illis quas non sanat nisi abscissio ⁊ serratura totius ossis membri aut plurimum eius quod circundat ipsum tunc sciat locum in quo oportet vt incidatur ita ut reuoluatur tenta vsquequo consequatur locum in quo inuenit adherentia ossis vltimam quoniam illic est terminus. verum quando est os corruptum ex capite coxe ⁊ anche ⁊ sicut spondilis dorsi tunc fugere ab eius curatione est melius propter nucham. Et si timetur q corruptio ossis sequatur corruptionem carnis cuius casus accidit prius tunc infrigidare ⁊ accipere carnem ab eo est conueniens ⁊ est eius cura. Et oportet vt infrigidet membrum sanum cum epithimatibus que sciuisti in capitulo corruptionis carnis discooperte ab eo et ⁊ cum eorum similibus.

De modis seruantibus os corruptum. Cap. xij.

Inquit eleuet caro ab osse ita vt ponatur in extremitate eius filum cum quo tendatur ad superiora vel vite. ergo tendatur cum eo membrum aut aliud ex illo loco ad inferiora vt non associentur ei dentes ⁊ serra ipsum. Et quando est tibi necessarium serrare costam aut os sub quo est tunica aut aliquid nobile sicut tunica costarum nuche: pone sub serra laminam que conseruet membrum nobile. Quod si caro fuerit secundum rotunditatem suam tota discooperta tunc sera ipsum quando oritur caro super os quod iam discoopertum est ex omnibus lateribus suis. Quod si partes ossis corrupti fuerint proxime iuncture tunc extrahe ipsum ex iunctura. ⁊ si corrumpitur os brachij totum aut cruris tunc auferatur totum. Caput autem anche ⁊ coxe ⁊ spondiles dorsi quando corrumpuntur tunc fugiatur ex curatione eorum propter locum anche.

De eo quod remanet de frustis ossium ⁊ corticum eorum in vlceribus consolidatis. Cap. xiij.

Illud quod est melius est vt non festinet in extractione eorum immo dimittantur nature ⁊ adiuuentur ⁊ illud cum attractione pauca eorum que extrahunt in spatio non festino. Et non moueant cum medicinis ⁊ operatione manus. nam quod extractum est violenter non euacuatur quin faciat accidere vlcera fistulosa. Cum ergo expellit ea natura ad cutem ⁊ incipiunt exire ⁊ iam separata sunt tunc incarna ⁊ cura vulnus. Et similiter est iudicium in frustis eorum ⁊ panniculis de quorum veritate est vt manifestetur: nam cum tu properas ⁊ extrahis ea violenter tunc est in eis timor spasmi ⁊ permixtionis ⁊ febrium. Quod si fiant sanio

sa non est in eis magnū nocumentū. si aūt vis scire medicinas illius tunc de illis est medicamen hmōi: sumant oleū vetus ⁊ cera citrina ⁊ sordities vasoruz apū que vtreqꝫ sunt quantū est oleū: deinde soluant omnia deinde sumat pars vna eufoꝛbij ⁊ ꝑs vna lactis eitimalli ⁊ tres ꝑtes aristologie ⁊ fiat ex eis sicut ceratuz. Et sumant iteꝝ āmoniacū ⁊ bdelliū ⁊ liniātur cū oleo de lilio: deinde aggregando totū cū cōtritione fiat emplm̄ ⁊ ponat desup: ipm̄ eniz est de illis q̄ extrahūt ossa cū velocitate ⁊ facilitate.

De medicinis fracture ossis. Capi. xiiij.

Fracture est curatio cū manu quā dicem⁹ ⁊ curatio cū medicinis quas dicemus cōferentibus fracture ossiū ⁊ toꝛsioni. Epithia ad fractura ⁊ toꝛsionē: ℞. mugath mes excōticatoꝝ aā. x. aloes maluauisci albi acatie aā. v. luti. xx. liniātur cū albumine oui si fuerit apostema calidū. Iteꝝ fo lia aleihil ⁊ cupꝛessi ⁊ myrthi ⁊ salicis terant ⁊ expꝛimant ⁊ sumant galie ⁊ rose. ⁊ cepa narcisci est de illis que dicta sūt ⁊ de sandalis rub. ⁊ bolusar. ⁊ laudanū ⁊ fausel ⁊ kamaha ⁊ altea ⁊ mes ⁊ acatia ⁊ mellilotū ⁊ sansucum ⁊ adde in eo si indiges calefactione ⁊ sansucuz ⁊ enulam ⁊ cupꝛessuz. Ad fracturā ⁊ toꝛsionē cū apostemate calido: ℞. mes excoꝛticatoꝝ. ʒ. .xx. mugath balaustie acacie emplꝭetur ⁊ est forte valde. Et de medicinis ei⁹ sūt folia myrthi ⁊ laudanū ⁊ galia ⁊ crocus ⁊ lutū est bonū attritioni. Et oleum miteꝝ ē iuuatiuū ad fracturā ⁊ ad dislocationē ⁊ ad toꝛsionē. Iteꝝ muath ⁊ mes altea acatia lutum aloes myrrha liniantur cū aqua myrti.

Fen. v. incipit de restauratione ⁊ ē tractat⁹ tres.
Tractat⁹ ꝑmus de dislocatione ⁊ restauratiōe.
De sermone vli de dislocatione. Capitu. i.

Dislocatio est egressio ossis ex loco suo q est per naturam apud illud qđ ei vicinū existit integra Si aūt non ingrediat integre nominat sepatio iūcture ad partez ꝓfūdam aut ꝓcedentē aut eminentez que cognoscitur sensu. Et est sepatio nō integra qu gdam nomināt toꝛsionem. Cū ergo est lesio q̄ nō mouet os sꝫ attrahit qđ cōtinet ipm̄ tūc est alguaenu ⁊ non est ex genere toꝛsionis. Et quādoqꝫ accidit iūcture res tercia ⁊ est vt elonget ⁊ addat sup longitudinē suā naturalē ⁊ nō ꝯsequit ad hoc dislocationem: verūtamen fit facilis dislocationis. Et illud qđ multotiens accidit in adiutoꝛio ⁊ coxa. Et de hoībus est qdam q ꝑparatus est dislocationi in iūcturis suis qm̄ ꝯcauitates ossiū iūcturaꝝ suaꝝ nō sunt ꝓfunde. Et buccelle que igrediunt eas non sūt intrantes. Et ligamentū qđ oꝛdinat inter ea ambo non est firmū: imo debile in creatione sua minutū. Aut hūiduz suscipiens extensiōez Aut iaz effuse sūt ad ipm̄ hūiditates viscose lubricare facientes. Aut fracti sunt margines ꝯcauitatū ossium in quas ingrediunt de ossibus iūcturaꝝ quare fiunt concauitates pꝛostrate super quas nō est dislocatio. Et de iūcturis quidez sūt iūcture facilis dislocationis. Et de eis sūt iuncture praue dislocatiōis ⁊ de eis sunt medie. Facilis ergo sicut iūctura poplitis ꝓpter lenitatez ligamenti sui qm̄ ipa est creata lenis ligamenti ꝓpter iuuamenta scita in anatomia. ergo fit ꝓpter illud facilis dislocationis ⁊ ꝓpter illud sustentatur cum pila. Et fit iteꝝ facilis reditiōis ad salutem: nam facilitas reditionis est fm quantitatem facilitatis dislocationis ⁊ difficultas ei⁹ ē fm difficultatem eius. Et iunctura hūeri est pꝛoxima ei in macilentis non in pinguibus. Praue vero dislocationis sunt sicut iunctura digitoꝝ ipe enim foꝛtasse non dislocāt: imo frangunt anteqꝫ dislocent. ⁊ sicut iunctura cubiti ⁊ ꝓpter illud reditio eius ē praua. Medie vero sunt sicut iuncture anche. Et quādoqꝫ accidit ut fiat facilis dislocationis que non est facilis dislocationis ꝓpter aliquā causarū quare fit etiam facilis reditionis sicut accidit ut fiat pyxis anche plena humiditate. quare fit facilis eius dislocatio ⁊ cum hoc fit facilis eius reditio sicut accidit habentibus venaz vese quare ei omni hora dislocatur eius ancha ⁊ redit p quēlibet laboꝛem deinde dislocatur postea redit ⁊ hoc indiget cauterio ⁊ nō alio.

Et prauioꝛ dislocatio est cum qua abscindunt capita frustoꝛū ossis quod conglutinat os cum osse et paꝝ reuertitur ad dispositionem suam naturalez. et plurimuz illius fit in capite anche deinde in capite adiutoꝛij. et in duobus focilibus duoꝛum pedum apud calcaneuz. Et dislocatio qdem est fedioꝛ q̄ꝫ fractura cum neqꝫ redit dislocatio neqꝫ restauratur fractura.

De signis dislocationis vlibus. Capi. ij.

Accidit in iūctura inclinatio ⁊ ꝓfunditas insolita sicut accidit accidens apparens i magnitudine carnis spatule ⁊ in dislocatione iūcture pedis ⁊ magis apparens q̄ꝫ illa que ē iūctura colli. Et ꝯparatio est ex illis que extrahūt illđ extractione sana. Et est ut ꝯsideres infirmā cum soꝛoꝛe sua sana illius infirmi eiusdem non alterius. Et cuz videris iūcturam non moueri tūc iudica q̄ dislocata est dislocatione integra sicut quando mouet motu suo ad omnes partes: ⁊ peruenit ad omnes fines suos nō est cum ea egritudo pendens cum sepatiōe

De signis declinationis. Ca. iij.

Sit ut videat ꝯcauitas cū augmēto alterius lateris ⁊ pꝛiuet in sensu augmento qđ fuit sensatū ad interioꝛa in huiusmōi cum hoc q̄ quidam motus est possibilis.

De signis additionis longitudinis iūcture absqꝫ dislocatione. Capitulum. iiij.

Signū eius est ut sit sicut suspēsa: cū ergo cōpꝛesseris eā redit ad mēsurā suā naturalem absqꝫ laboꝛe: si vo dimiseris eā redit ad mēsurā suā accidētalem. Et accidit ꝓfūditas in quam foꝛtasse ingredit digitus vbi non est caro vehemēter multitudinis sicut humerus.

De curatiōe declinationis ⁊ dislocatiōis. Ca. v.

On euacuat̄ quín díſlocatio aut perueniat ad medicū ſingularis aut ꝯpoſita cū egritudine alia ex vlcere ⁊ vulnere ⁊ apoſtema ⁊ alijs. Qd ſi fuerit cū alia tunc opoꝛtet ut ꝯſidēs qm̄ ſi diſlocatio fuerit ex illis que redeūt cum tēſiōe leui non faciente dolere vlcus dolore vehementi q ꝓducit ad apoſtema nō tollerabile fac redire diſlocationē. Et ſi res fuerit ecōtrario tūc opoꝛtet ut curetur in ꝑmis vlcus aut vulnus: deīn cura diſlocationē ⁊ ꝓpꝛie in ſciſſuris difficilibꝰ. Cū vero volumus curare diſlocationē tūc foꝛtaſſe ꝓducit illud ad ſpaſmū maximū ſm plim. Et ꝓpꝛie quādo diſlocatio ē in membꝛis ꝓximis mēbꝛis ꝑncipalibus. Et ſilr̄ eſt diſpoſitio in apātibus in qbus ē regimē ſm ꝙ nos experimur: Nam ſi res fuerit facilis ⁊ non cōmouetur ex ea doloꝛ neqꝫ reditio cū ea eſt difficilis reſtauramꝰ diſlocationē ⁊ non curamus. Si aūt accidit doloꝛ tūc opoꝛtet ut non ꝑſumamꝰ. ⁊ ſi fecerimꝰ tūc opoꝛtet ut deſtruamꝰ ligaturaꝫ ſi fuerit doloꝛoſa.
Qd ſi ingrediat̄ cū facilitate curabimus apoſtema iteꝝ ⁊ vlcus. Et ſi fuerint diſlocatio ⁊ fractura ſimul̄ ⁊ fuerit tenſio in pte vna ꝑmittens regimen vtriusque rei fiat. Et ſapiens qdem narrauit ꝙ cecidit lapis ſuper extremitatē humeri homis ⁊ vulnerata ē cutis ⁊ caro donec appuit extremitas lacerti nuda: ⁊ iā diſlocatū erat ſubtus eā caput furcule: tunc ergo qdaꝫ ſtolidoꝝ expimentatoꝝ occupatus eſt in equando ⁊ reduxit ſup ipm carnem ⁊ cutem ⁊ empſauit ⁊ ſtrinxit quare accidit ut feteret caro ⁊ coꝛrūpet ꝓpter vicinitatem ſuā os donec factū eſt viride. Et non ſciuit ꝙ opoꝛtet ut hmōi caro abſcidat̄ ⁊ coquat̄ ille locꝰ cum oleo feruente. Et ſilr̄ ſi fuerit illic apoſtema magnū opoꝛtet ut curet̄ apoſtema in pꝛimis. In diſlocationis aūt ſinglaris ⁊ ſimplicis rectificatione regimen eſt ut tendat̄ ad ꝯtrariū partis a qua ſepatū ē donec opponatur extremitas oſſis extremitati oſſis alterius deīn reducat̄ ad locū a quo exiuit ⁊ tunc redit. Et multotiens qdeꝫ ſignificat illud vox que audit̄ deinde liget̄ ⁊ in ligatura eſt ſecuritas ab apoſtemate ad adiutoꝛiū ne apetur. Et neceſſitas ad phibendū apoſtema laboꝛioſū eſt maioꝛ ⁊ abhoꝛret̄ ut membꝛo obuient pāni calidi qm̄ ipi calefaciūt ⁊ addunt in apoſtemate: imo opoꝛtet ut ſint infuſi cerato infrigidato aut vino pontico. verūtamē Hyp. iuſſit ut tardetur tenſio ⁊ reditio vſqꝫ ad diem tertiuꝫ ⁊ quartū niſi in diebus exceptis. Et declinationi iterū neceſſaria ſunt hmōi deinde ligetur. Et qm̄ mēbꝝ diſlocatur in omni motu ⁊ quotiēs redit diſlocatur tūc illud ē ꝓpter mollificationē ⁊ hūiditateꝫ quare indiget cauterio; Et qm̄ remanet poſt reditionem diſlocationi aut ſepationi durities ⁊ q̄ſi apa admini ſtra epithimata ⁊ embꝛocas lenificātia. In inceptione vero indiget epithimatibus ⁊ embꝛocis ꝯfoꝛtantibus. Et melius eſt ut embꝛocetur ſup ſtricturā pꝛo culdubio: in hyeme qdem cuꝫ oleo calefacto quod ſit ex oleis ꝯfoꝛtantibus: ⁊ in eſtate cū aqua frigida.
Et oꝫ ut ſit cibatio ī diſlocatis cū eo qd confoꝛtat ſciſſuraꝫ ⁊ ligat eaꝫ ſm ſiſſitudinē neceſſitatis.

De curatione elōgationis ſciſſure. Ca.vi.

Poꝛtet ut reuocet̄ os mollificatū ad inteꝛioꝛa illius in quo qeſcit a quo mollificatū eſt: Et emplet̄ur cū emplis in quibus eſt virtus ſtiptica cōmixtis cū eis que habēt virtutem calefactiuā ſicut ſi miſceant̄ galle ⁊ balauſtie ⁊ acatia ⁊ ſiſia ſicut cū aliquantulo cāfoꝛe ⁊ coſti ⁊ vſnee. Et iteꝝ ſufficiat qd eſt ſicut nux cupꝛeſſi ⁊ iunipus ⁊ reliqua que cadūt in emplis rupture deinde ſtringatur ſicut caput.

De diſlocatione mādibule. Capi.vij.

Ccidit mandibule inferioꝛi ut diſloceē ab oꝛdine ſuo quare remanet os aptū quāuis ſit illud de illis q̄ paꝝ fiūt ⁊ nō accidit caſu ꝯpleto. Et cum diſlocat̄ inclinat̄ ad anterioꝛa ex cōtrario eius quod accidit apud mollificationē q̄ foꝛtaſſe accidit ei apud ſaltū ⁊ eſt applicatio vnius eoꝝ ad aliā difficilis licet nō pꝛiuet̄ motu cū lacertis ſuis qui veniūt ei a poſterioꝛibꝰ. Et qn̄qꝫ accidit diſlocatio ex latere vno: ē ergo tunc foꝛma ſignificans ipſam cū declinatio mādibule ē ad anterioꝛa cū tranſuerſatione: ⁊ curatio qdē eſt vna. Et eſt de ſūma eiꝰ qd indiget ut feſtinet̄ ad reducendū ipm: ⁊ ſi nō perducit ad egritudines ⁊ nocumēta ⁊ cū hoc fit pꝛaua eiꝰ reditio. nā facilioꝛ reditio eius ē illa que eſt velocioꝛ. ꝙ ſi differat̄ indurat ⁊ apoſtemat ⁊ extendit lacertos ⁊ cōmouet febꝛes inſepabiles ⁊ doloꝛē capitis ſtantē ꝓpter illud quod aſſociat̄ ei de vehementia tēſionis lacertoꝝ: ⁊ foꝛtaſſe fit res pꝛaua donec interficit in decimo. Et qn̄qꝫ accidit vt ſoluat̄ ei venter cū ſupfluitatibus cholicis multis puris ⁊ euomat ſilr̄ eis: quare opoꝛtet ut feſtinet̄ ad curaꝫ. Et modus regiminis eius ē ut teneat vnꝰ caput eius: deinde intromittat reſtauratoꝛ pollicē ſuū in os ⁊ cōuenit infirmo mollificare mandibulā ſuā ex omni modo.
Nam illic ſunt lacerti q iam tranſuerſati ſunt ꝓpter vehementiam diſlocationis. poſtea moueat mandibulam dextram ⁊ ſiniſtram: deinde extendat eā ſubito: deīn reducat eam. Et ipa qdē nō intrat ad illud a quo ſeparata eſt niſi retro: quare oꝫ ut extendat eā ita ut equetur ſm illam ꝑparationem. Et ſignū equationis eiꝰ ē equatio quadruploꝝ ⁊ coopertura ⁊ clauſio oꝛis: deīn ſuſtentet̄ cuꝫ puluill̄ ⁊ cerato ex cera et oleo ro. deīn dimittat eaꝫ qm̄ ſanabit̄ ꝗ velocius ē poſſe. Si autē non feſtiē fiat ⁊ iā acciderit durities opoꝛtebit tūc ut īcipias ⁊ lenias duritiē cū ēbꝛocis ex aq̄ calīa ⁊ oleo in balneo embꝛocatione plima donec leniat̄: deīn ſedeat reſtauratoꝛ poſt infirmū ⁊ trahat mādibulā eiꝰ ad poſterioꝛa donec locet̄ ⁊ ſtringat̄. Et oꝫ poſt illud ut reſupinet̄ eger ſuper puluinar cuiꝰ īpletio ſit lenis ⁊ teneat vnus caput eiꝰ ut n̄ moueatur vſqꝫquo compleatur ſanatio.

De diſlocatione furcule. Capitulū.viij.

Nquiꝫ furcula non ſepat̄ a latere interioꝛe quoniā ipa eſt continuata cum pectoꝛe nō ſeparata ab eo. Et pꝛopter hoc non mouetur ex hoc latere. Et ſi percuciatur defoꝛis percuſſione vehementi ⁊ ſtringatur; tunc ipa equatur ⁊

curatur curatiōe qua curatur ⁊ frāgitur. Uerūtamē
extremitas eius que sequitur humerū ⁊ separatur
ex eo nō dislocatur plurimū qm̄ lacertus qui ha-
bet duo capita ꝓhibet eā ab hoc. Et prohibet iterū
eam caput spatule. Et non mouetur iterum furcula
motu vehemēti quoniā ipsa non est posita nisi ut se
paret pectus ⁊ amplificet ipm̄. Et ꝓpter hoc est fur
cula facta homi soli īter alia animalia. Et si accidat
ei dislocatio ex luctamīe aut ex re alia simili huic tūc
ipsa equatur ⁊ ingreditur ad locū suum cum manu
aut puluillis plurimis qui ponūtur super eam cū li
gatura que necessaria est. Et rectificat hec cura extre
mitates humeri iterū cū separātur ⁊ reducit eas ad
locū suū. Et illud quo ligātur furcula ⁊ humerus ē
os cartilagiosuz ⁊ ipsū ingrossatur in macilētis. Et
quādo remouetur existimat ille cui non est experiē-
tia ꝙ caput adiutorij iā sit separatū: aut exiuit de lo
co suo ⁊ ꝙ caput spatule videtur tūc acutius ⁊ vide
tur locus qui est eo īferior ꝯcauus. verū oportet vt
distinguatur cū significatiōibus. De curatiōe
eius est ut nullo modo applicetur ad caput et simi
liter humerus.

De dislocatione humeri Capit. ix.

Humerus quandoqꝫ dislocatur aut in disloca
tione spatule ambigitur ⁊ magnificatur si dis-
locatur. veruz quandoqꝫ accidit iuncture hu
meri ⁊ adiutorio vt dislocetur facile quoniam eius
concauitas non est profunda ⁊ ligamenta eius non
sunt firma: immo sunt leuia subtilia posita propter
illud facilis motus. ⁊ eius dislocatio est res in qua
non accidit in eo quod scimus nisi ſm partem vnā
exitus apparens plurimus. ipsa enim non disloca
tur ad superiora quoniam eminentia humeri pro-
hibet ipsam: neqꝫ ad posteriora quoniaz spatula ꝓ
hibet eam. neqꝫ ad partem ventris quoniam lacer
tus habens duo capita ex anteriori nō permittit eā
cum prohibitione capitis humeri. Uerum non
dislocatur nisi ad latus domestici aut siluestre. Et se
paratur ad illud separatione parua. Ad latus ve
ro interius ingreditur quandoqꝫ exitu plurimo et
proprie in extenuatis macilentis. in istis eniz cadit
dislocatio adiutorij ⁊ eius reditio per quālibet cāz
Et res utreqꝫ sunt in pinguib⁹ praue valde. Et quā
doqꝫ accidit adiutorio dislocatio i hora partus dif
ficilis ⁊ apud sectionem ab embryone. deinde si nō
redit velociter non crescit post illud in longitudine
⁊ remanet post illud cubitus paruus ꝗuis rectifice
tur. Et quandoqꝫ non recipit etiā in quibusdā eorū
imo remanet breuis minutus minutum habens ad
iutorium: ⁊ brachium in pluribus eorū recipit ⁊ fit
bone dispositionis in pluribus eorum: sed est ſm
dispositionem breuem similis pedi mustele. Coxa
vero non euacuatur a duab us diminutionibus si
mul. Et quando accidit adiutorio fractura in la-
titudine sua deinde restauratur tunc non est possi-
bile reducere dislocationem eius nisi vt frangatur
restauratio.

De signis dislocationis adiutorij. Capitu. x.

Signū ei⁹ ē ut videaꝛ ꝯcauitas apud caput
hūeri ⁊ in firmamēto: verūtamē istud non
ē ꝓpriū isti: imo ē iteꝝ ꝓpꝛ cōuersionē ca-
pitis spatule ⁊ videꝛ extremitas hūeri alterius acuti-
or hac extremitate si nō acciderit ei iteꝝ sepatio in se-
ipsa aut in osse qḋ est caput eius ꝑ offensionē aut per
aliud. Et qñqꝫ sedaꝛ cū curatione lesio eius ⁊ existiaꝛ
ꝙ non sit lesio cū eo. Et videꝛ capiti adiutorij dislo
catio cū enunētia plima in pte subascelle ad iferiora.
Et fortasse ē possibile in ifantibus ut equeꝛ caput ad
iutorij ⁊ videaꝛ adiutoriū nō bene annexū lateri bo-
nitate annexionis manus sane ad quā nō appropi-
quat nisi cū labore ⁊ dolore vehemēti. Qḋ si deside-
rat eleuare manū ad supiora ⁊ tāgere aurez suā non
ꝑparaꝛ ei ⁊ difficile fiūt ei motus alij. Et ista signa
iteꝝ quādoqꝫ accidūt ꝓꝑ torsionē ⁊ apa ⁊ ꝑcussionē.

De cura dislocationis adiutorij. Capi. xi.

Uratio qdem illius q̄ de illa est facilis ⁊ in
corpibus infātiuz ⁊ q leuia habēt corpora
est ut extendaꝛ cuz manu ⁊ intromittaꝛ sub
titillico apud propinqtatem capitis adiutorij: deīn
teneat illi ꝓpinqtatem ⁊ ipleat eaz ad supiora: ⁊ ma
nus altera extendat adiutoriuz ad inferiora. Et for-
tasse ē possibile in ifantibus ut equeꝛ caput adiutorij
cum digito medio ⁊ extendaꝛ cū illa eadem manu.
Quod aūt ē vehemētioris dislocationis i corpibus
fortibus: leuior modoꝝ in illo est ut restaurator itro
mittat pedē suū in latus infirmi ⁊ locet calcaneū suū
ꝓpe caput adiutorij aut pilam siccā aut inūctā si fue
rit apostema adherens prope caput adiutorij infir
mo resupino. Et extendat manū manibus suis ſm
rectitudinem quasi velit eradicare eam ex spatula. ⁊
inclinet manū suam parumper ad interiora ⁊ ingre
dietur. ⁊ iste est rectior modoꝝ omniū ⁊ leuior eorū
Et iterū q̄raꝛ vir fortis lōgus longior infirmo ⁊ in-
tromittaꝛ humerū suum sub ascella infirmi ⁊ eleuet
ipm̄ a terra suspensum ab humero suo ⁊ iam exten
dat manū eius ad ventrē ipsius. Qḋ si infirm⁹ fue-
rit leuis ponderis cuius corpus nō grauet sup ma
num eius suspendat cū eo aliquod qḋ grauet ipm̄:
⁊ qñqꝫ ponitur loco pedis perpendicularis eleua-
ta super terram. Et est sup caput eius pila ex pannis
⁊ ex corijs stans in operatione loco humeri viri. Et
restaurator extendat manum a latere alio ⁊ grauat
virū si necessariū ē ei illud cū pondere aut suspensio
ne. Et quando fit prauū aut fit difficile ⁊ prolonga
tur tempus: tunc fortasse indiges eo quod est forti⁹
post embrocationes ⁊ balneationes. Et fit quan
doqꝫ instrumentū simile manubrio sarculi ⁊ est vir
ga breuis cuius longitudo est longitudo adiutorij
aut plus aut minus super cui⁹ caput est pila ⁊ ipsi⁹
pila facilior est vt sit ex pannis ⁊ corijs. ⁊ impellitur
cū illa virga spera sub titillico. Et oportet tunc cum
voluntas est vt fiat vt annectat vir fortis instrumen
tum titillico impellendo ipsum cum eo ad superio
ra aut duo viri donec resistant restaurationi exten-
denti manum. Et teneat vir alius humerum ei⁹ al-
terū vt nō separetur subito aut impellat illū humeꝝ

⁊ restaurato ille idꝫ incipit extēdere manū eius ⁊ trahere eam ac si volūtate eius sit ut sepet eam a spatula eradicando ⁊ fit illud ad anteriora parūper. Et quādo fit illud cadit adiutoriū in iūctura sua: deinde pila annectatur titillico annexione forti sustentando ad supiora caput adiutorij. Et oportet ut sit sustentato ſm ipm et spera sit superꝫ illud quod sequitur caput adiutorij i infirmo ⁊ oportet ut in fine quod est sub eo ⁊ ut non frangat adiutoriuꝫ qm̄ non est possibile post restauratioē eius ut redeat ad locū suū ꝓpter illud quod sciuisti. Et medicat quādoqꝫ cuꝫ scala ita ut ponat caput adiutorij sup gradū scale qui iam lenificatus ē ⁊ ꝑparatus cū innolutionibus ſm formaꝫ ꝯuenientem: ⁊ suspendit vir ex alio latere ⁊ extēditur manus ⁊ ingredit caput adiutorij in locū suū. Verꝫ oportet ut sit suspensio ⁊ gradus scale ꝓpter caput adiutorij ut non frangat ⁊ fortasse ponitur loco gradus ⁊ glomeris spici res potens ex illo codeꝫ loco ⁊ nō remouet ab eo ad locū aliū qm̄ timet ex hoc fractura adiutorij. Et curat qn̄qꝫ alijs modis deriuatis ex istis modis: ⁊ melior modorū est modus ꝑmus. Cū ergo redit dislocatio ad locū suū tūc melior ligatura eius est ut liget pila cuꝫ hūero ligatura facta cum vittis latis ꝓhibentibus sepatioē ei⁹ qd redit. ⁊ oportet ut penetret vitta super ipsuꝫ aut vitta alia desup ſm modum crucis vsqꝫ ad humerꝫ alterū. Et qn̄qꝫ cadit crux super hūerꝫ infirmuꝫ: deinde ligatur adiutoriū cum latere ad inferiora ⁊ ligat cubitus ⁊ extremitas manus ad supiora ex pte colli et non resoluitur vsqꝫ ap septimū aut post ipm. Et ciba ipm sicut scis. Quod si assiduatio fiat quotiēs redit tunc necessariū est cauteriuꝫ.

De dislocatione spatule. Capitulū.xij.

Iam dictum est illud: Et est de illis quoruꝫ casus non accidit ⁊ mirant ex ea tales quales. Hypocrates ⁊ Galienus.

De dislocatiōib⁹ ossis pui apō hūerꝫ. Ca.xiij.

Accidit qn̄qꝫ ossi paruo quod est caput humeri ut seperet a loco suo quare accidit etiam concauitas sicut in dislocatione.

De cura. Capitulum.xiiij.

Non oportet ut extendat tensione facti sꝫ coartetur ⁊ stringatur cū digitis ⁊ inclinetur ad locū suū ⁊ stringatur sicut stringit furcula cum puluillis. Nam ipa ligatura iterꝫ qn̄qꝫ facit ipm redire ad locuꝫ suū violent: ⁊ non curat de illo quod est de vehementia illius ligature ⁊ ꝯseruatione eius sicut curat de eo in furcula.

De dislocatione cubiti. Capitulum.xv.

Huius mēbri dislocatio fit difficilis ⁊ fit difficilis ipius reditio ꝓpter vehementiam ligamentorꝫ continentiū ipm ⁊ eorꝫ breuitatem ⁊ ꝓpter suā contrarietatē ꝯcauitati. Et qn̄qꝫ accidit ei sepatio parua. Et accidit ei dislocatio integra in qbusdā horis. Et quādo dislocat significat ei⁹ dislocationē gibbositas in latere ⁊ arcuatio in latere. Et deterior eius est qꝺ dislocat ad posteriora qm̄ est inobedientis curationis valde. Et plima quideꝫ dislocatio non accidit nisi in focili inferiori ⁊ est turpior ⁊ fedior ꝓpter illud quod accidit ei de reditiōe focili vero supiori parꝫ accidit ⁊ nō est cū feditate dislocationis inferioris qm̄ ipm est vehementioris cōtinuitatis cū vola ⁊ est longinquus ab hoc ut remoueat. Et non est possibile ut dislocet vnū duorꝫ focilū nisi elōget a scōo elongatione aliqua.

De cura. Capitulum.xvi.

Portet ut festinet ad eius curationem qm̄ ꝓperat ad ipꝫ apostema calidū ꝓhibēs a curatione qm̄ extendere ad equandū ipsuꝫ tūc ꝑducit ad ꝑditionē licꝫ iterꝫ nō sit possibile ut eqtur apostemate illic existente. Et sepationi quideꝫ ꝑue succurrit cū qualibet difficultate imo adiungat volam cū reditione eius ad locū suū. Et dislocatio ꝯpleta si est ad anteriora ē regimen. Et si est ad posteriora est ei regimen aliud. Et illa que est ad anteriora redit ad locū suū cuꝫ ꝑcutit vola sua humerꝫ qui opponit ei ꝑcussionibus aliqbus manu iaꝫ preparata sicut oꝫ: ⁊ adiuuat manu altera ⁊ ingredit. Dislocatio vero ad posteriora oꝫ ut extendat tēsiōe vehementi deinde ꝑcutiat eā ad posteriora. Quod si non obedit ꝑ illud teneāt adiutoriū ⁊ brachiū duo fortes ⁊ liniat restaurator manū suā cū oleo ⁊ incipiat abstergendo iungere cubitū cum vehementia donec ingrediat: deinde oportet ut stringat ipm ⁊ ponat brachio suspensoriū dimittentes cubitū angulatum ſm q̄ntitatē quā tollerat in ꝑma hora. deinde nō cesset constringere suspensoriū paulatim donec ꝯstringatur angulus.

De dislocatione iūcture rascete. Ca.xvij.

Iunctura rascete est facilis dislocationis et difficilis vnitōis: nam qn̄ extendit extēsione ꝑua ⁊ opponit vnū duorꝫ membrorꝫ alteri redit sꝫ eius buccellatio ē praua qm̄ illud qd cōtinet ipam de corpibus apostemat ⁊ ꝓhibet bonitatem vnitionis. Et modus extēsionis eius ē ut extēdat vir focile ad posteriora ⁊ extēdat restaurator volā ad ꝯtrariū illius partis imo ad anteriora: ⁊ extendat vnūquenqꝫ digitū incipiens a pollice ⁊ perueniens ad minimū: nam equat per illud ⁊ redit: deinde emplastretur ipam ⁊ stringat.

De dislocatione digitorꝫ ⁊ signis ei⁹. Ca.xviij.

Quando dislocantur digiti inclinātur ad anteriora ⁊ appet illic eminentia in interioribus ⁊ apparet concauitas dorsi ⁊ similit fit in ossibus rascete.

De cura. Capitulum.xix.

In reditione digitorꝫ a dislocatione est difficultas quedaꝫ ⁊ non oportet ut extendāt extensioni equali: imo oportet ut expectes sup eos ⁊ eleues radiceꝫ ex manu tua sub qua cadit radix eius quando stringis super eū ad inferiora ac si tu eradices ipm ex loco suo ⁊ tunc videbis dislocationē iam intrasse ⁊ rectificari.

De sepatione ossiū rascete. Capi.xx.

Portet ut in ea fiat qd possibile est de eq̄tione ⁊ impulsione omnis declinationis ⁊

eminentie ad contrarium partis illius et positione ascellaꝝ ⁊ strictura eaꝝ desup ut dimittat̃ sup eaꝫ ⁊ ut ponat̃ loco eaꝝ super eā plūbum equatū ɔseruās locū cum grauitate sua: veꝝ opoꝛtet ut anteq̄ȝ ponatur desup ascella aut plūbuꝫ ut empses cū emplastro cōfoꝛtatiuo de illis que scis ⁊ non moueatur.

De dislocatiōe spōdiliū ⁊ sepatiōe eaꝝ. Ca.xxi.

Quando spōdiles dislocant̃ dislocatiōe cōpleta interficit ꝓculdubio. Et non ɔpleta iteꝝ qn̄ remouent̃ remotione plima quāuis sit minꝰ quā ɔpleta est moꝛtalis qm̄ ꝓculdubio coartat nuchā coartatiōe foꝛti si resistit ⁊ nō obedit. Et si est spōdilis ꝑma colli ⁊ que seqtur eā ꝑuat animal anhelitu ⁊ moꝛit̃ statim. qm̄ nerui anhelitus coartant̃ q̄re nō faciūt opationē suā. Et si ē de spōdilibꝰ doꝛsi ⁊ dislocat̃ ad ptem interioꝛē non est possibile ut curet̃ ⁊ ē de illis que interficiunt velocit̃. Et si moꝛat̃ ⁊ nō ē possibile talr̄ qḋ ꝓhibeat anhelitū retinet stercus ⁊ vrinā ⁊ interficit. Et si moꝛatur ⁊ nō coartat nuchā coartatiōe vehemēti aut coartat ⁊ non apostemat: aut sedat̃ quod ē cū eo de apostemate n̄ est excusatio qn nocumētū ingrediat̃ nucham ⁊ neruos q̄ sūt sub illo loco ⁊ facit supfluitates exire inuoluntarie. Et si est ad posterioꝛē tūc nocumētū quod facit nuche est minus: veꝝ necessariū ē nocumentuꝫ iteꝝ. Et coartatio neruoꝝ que debilitat pedes debilitat lacertos vesice et ani q̄re necessariai ē virtus foꝛtis ⁊ īpulsio vehemens ⁊ ꝑcussio magna q̄ fere franget sinsenia eius donec redeat ad locū suū. ⁊ anteq̄ȝ redeat ad locū suū iam fracta sunt ꝑ illud eius simenia. Et qn̄q̄ȝ dislocant̃ ad duo latera ⁊ ad supioꝛa. Et in huius qdem capl̄i diuisionibus iam locuti fuimus vbi locuti fuimus de gibbositate: ergo cōpleatur illic. Et signū illius ē q̄ vides illic aut eminentia in posterioꝛibꝰ aut arcuationē in pectoꝛe ac si fractuꝫ sit simenū sed in eius fractura non est magnuꝫ malū. Et in dislocatiōe spondilis ē timoꝛ moꝛtis.

De cura. Capitulum.xxij.

In illa quidē que est ad interioꝛa ex doꝛso spes est ꝑua: ⁊ ꝑuus ꝓfectus est in eius curatione. Illa que est ad posterioꝛa indiget ɔpressione cū genubus ⁊ foꝛtitudie sicut est operatio balneatoꝝ. ⁊ ponant̃ sup eam cū foꝛtitudie: aut faciat ip̄m iacere super ventrē suū ⁊ stet sup eum cū calcaneis suis aut fricet ip̄m cū aliobith fricatione asilussazaracti. Qḋ si res fuerit vehementioꝛ illa ⁊ fuerit recens dixit Hyp. q̄ opoꝛtet ut sumat̃ lignū cuiꝰ longitudo ⁊ latitudo sit tante quantitatis que capiat infirmuꝫ ⁊ terminetur ita ut sit ꝓm hanc mensuram prope parietem extensū ad latus parietis in longitudine ⁊ non sit elongatio eius a pariete plus quantitate vniꝰ pedis: ⁊ ponat̃ sup ip̄m stratus planus ad coꝛpus infirmi: deinde balneetur ⁊ applanet̃ sup linuꝫ aut super podiale super faciem suam: deinde inuoluantur super pectus infirmi ligature ample duabus vicibus ⁊ eaꝝ extremitates egrediant̃ de subascellis ⁊ ligentur inter duas spatulas ⁊ ligentur extremitates ligaturaꝝ lataruꝫ ad ligṇuꝫ longum simile manubꝛio moꝛtarij ⁊ eleuetur hoc lignū sup lignū positum aut podiale ⁊ detur ministro stāti apud caput infirmi vt teneat ip̄m vt fiat extremitas inferioꝛ inuoluta ad aliquid ⁊ extēdat̃ superioꝛ que est apud caput in hoꝛa qua opoꝛtet: ⁊ fiat per illud extensio. Et ligentur iteruꝫ pedes ambo simul cum ligatura ampla alia sup genua ⁊ supꝛa duas spatulas iteruꝫ ligando iterū loca que eleuentur ex loco in quo aggregantur due coxe cū ligamento alio. Et aggregētur extremitates hoꝛū ligamentoꝝ ⁊ ligent̃ ad lignū aliquod simile manubꝛio moꝛtarij sicut est lignum cuius precessit narratio. Et eleua ipsum apud extremitatem ligni pꝛimi: deinde precipe ministris vt extendant cum hoc ligno extensione que fit ꝓm cōtrarium. Et de hominibus sunt qui faciunt hanc extēsionem cū instrumēns: ⁊ sunt sicut sagitte sup lignū erectū apud extremitatē huꝰ ligni magni aut podial̃ s. duas extremitates que seqūnt̃ caput ⁊ pedes: ⁊ qn̄ reuoluūtur ille sagitte inuoluūtur cū eis ligature q̄ extenduntur. Et opoꝛtet qn̄ fit extensio vt impulsio fiat apud gibbositatē cū radice volarū manuū. Qḋ si fuerit nobis necesse sedere super ipsum: facienꝰ illud ⁊ nō timebimus aliquid. Et si nō equatur spōdilis cū istis rebus ⁊ infirmus fuerit tollerans compressionē: tūc opoꝛtet vt concauetur fouea in pariete qui est propinquus cū longitudine similis cannali recipiens gibbositatē cū mensura q̄ sit longitudo fouee q̄ntitatis vnius bꝛachij ⁊ nō sit altioꝛ spondili infirmi neq̄ȝ inferioꝛ ea plurimuꝫ: imo opoꝛtet vt iam pꝛimū sit facta. Uerum ad hanc egritudinē ad quam diximus in pꝛincipio vt sit lignū positū ꝓpe parietem: deinde sumatur tabula equalis mensure ⁊ ponat̃ vna extremitatū eius in foueam q̄ est in pariete ⁊ ponat̃ mediū loci qui ɔsequitur ex ea sup gibbositatē: deinde impellatur extremitas eiꝰ alia inferius donec videas q̄ spondilis iam equata est equatione manifesta. Et Hyp. quidem iam dixit q̄ cōcauatio sola absq̄ȝ tabula rectificat hanc rem. Et dixit iterū q̄ cōpꝛessio cū tabula sola facit illud. Qḋ si illud est verū tunc nō est possibile vt administretur extensio quam diximus in ꝑncipio speciei que nominatur separatio spōdiliū ad anterioꝛa absq̄ȝ cōpꝛessione. Et opoꝛꝫ vt post equationē administres tabulam de ligno cuiꝰ latitudo sit q̄ntitas triū digitorū: ⁊ eiꝰ lōgitudo q̄ntitas q̄ cōpꝛehēdit gibbositatē ⁊ quoddā ptis sani: ⁊ inuoluantur sup eam panni linei aut stupa incisa vt nō sit dura ⁊ ponatur sup gibbositatē ⁊ li. et cū ligamēto qḋ est necessariū. Et administretur infirmo cibus subtilis. Et si remanserit sup illud residuū ex gibbositate: tunc opoꝛtet administrare curationē que fit cū medicinis que mollificant ⁊ leniunt cū administratione tabule quā narrauimus tēpoꝛe longo: Et quidā hoīes administrant tabulam de plumbo. Et si dislocat̃ ad vnū duoꝝ laterū equatur cū ascella aut ascellis duabꝰ ⁊ stringitur. In facta vero ex hoc in collo ad posterioꝛa ⁊ est illa q̄ curat̃ opoꝛꝫ vt resupinet̃ infirmꝰ: deinī extēdatur caput eiꝰ ad supioꝛa cum facilitate ⁊ equetur.

ſpondilis eius cū ↄpreſſione ⁊ abſterſione. Et quan
do equat̄ ponat̄ ſup eā emplm̄ ↄfortatiuū ⁊ vela ſup
ipm̄ cū pannis ⁊ ſtringe deſup aſcellas cuʒ menſura
colli ⁊ longitudine eius ⁊ liga eā ad caput ⁊ adiuto
riū ita ut non cadat ligamentū ad guttur ⁊ reſoluat̄
in numero dieꝝ. Et ponant̄ fila cū quibus ſtringis
ſm̄ formaʒ vittaꝝ ex marginibus pannoꝝ qm̄ illa q̄
rotundant̄ ledūt.

De diſlocatione alhoſos ideſt iuncture oſſis
caude. Capitulum.xxiij.

a Lhoſos quādo diſlocat̄ tunc illud ſcit̄ ſen
ſu. Sed ⁊ magnitudineʒ diſlocatiōis ſcies
ꝑ ſenſum iteꝝ: ⁊ ꝙ eger non expandit pedē
neq̄ʒ in loco diſlocationis neq̄ʒ apud genu: imo eſt
plicatio genu ei laborioſior. Regimen vero illius
eſt qm̄ cum vis equare illud oportet ut intromittas
mediū digitū in anū vſquequo oppōatur loco: de
inde ꝓme cū eo ad ſupiora cum fortitudine. Et ob
ſerua cū manu tua alia locuʒ alhoſos donec eques
ipm̄: deiī empl'a ipm̄ ⁊ ſtringe. Et eger minoret ci
bū ⁊ minorabit̄ egeſtio. Et ſumat cum hoc quod
leniat naturam.

De diſlocatione anche. Capitulum.xxiiij.

c Oxe qn̄q̄ʒ accidit ſimile ei qd̄ accidit adiu
torio de diſlocatione ad iferiora ſicut mol
lificare. Et non eſt poſſibile ſi diſlocat̄ co
xa vt expādat̄ pes neq̄ʒ iuxta diſlocatōnē apō genu
imo ē illō i genu magis prauū. Et ei⁹ qd̄ diſlocatio
qn̄q̄ʒ fit ad an̄riora. ⁊ qn̄q̄ʒ fit ad exteriora: veꝝ pliʒ
diſlocatōis ei⁹ ē ad exteriora. Et miorat̄ ei⁹ diſloca
tio ad interiora. Et diſlocat̄ iteꝝ ad āteriora ⁊ ad po
ſteriora ⁊ ꝑ illas eaſdem cauſas. Et qn̄ accidit in di
ſpoſitione partus ſtrictura ſup embryonem ꝙ diſlo
cat̄ ille pes: tunc facit eū habere crus minutū defici
ens a delatione corꝑis q̄re debilitat̄ ⁊ n̄ corrūpit̄.

De ſignis. Capituluʒ.xxv.

a Ccidit ex diſlocatione anche ad interiora
ut videas pedē diſlocatū longioreʒ altero
⁊ genu eminentius ⁊ nō pōt duplicare pe
deʒ ſuū apud igu͂ē inflatū apoſtematū qm̄ caput co
xe iam intrauit ipm̄. Et ſi diſlocat̄ ad exteriora ab
breuiatur pes ⁊ apparet in inguine ꝓfunditas. Et
accidit in eo quod opponit̄ ei a poſteriorib⁹ eminē
tia ⁊ inflatio: ⁊ genu eſt quaſi ipm̄ ſit ſubmerſum ad
interiora. Et ſi diſlocat̄ ad anteriora pes eſt lōgior
⁊ non eſt poſſibile infirmo ut expandat crus ſuū et
non fit ei poſſibile ut plicet ipm̄ niſi cuʒ dolore ⁊ nō
ꝓparat̄ ei deambulatio penitus: ⁊ ſi vult ambulare
ambulet ſuper calcaneū. Et accidit ei multotiens ex
hoc ut apetur igu͂ē eius ⁊ retineat̄ eius vrina. Et ſi
diſlocat̄ ad poſteriora abbreuiatur pes eius ⁊ fit ſu
per eū expulſio difficilis ⁊ apparet in ipius inguine
mollificatio ⁊ ē caput coxe decliue ad obliquatiōeʒ.

De cura. Capitulum.xxvi.

o Portet ut ad curandū ſit feſtinatio. Nam
ſi non redit velocit̄ fortaſſe effundent̄ ad eā
hūiditates ⁊ putrefient ⁊ ꝑducēt ad corru
ptionē membri tocius ⁊ ſequit̄ illud de timore id qd̄
ſcis. Regimē vero diſlocationis coxe ad inferio
ra eſt ut extendas pedē: deiī fac eum redire cū vehe
mentia poſtq̄ʒ moueris cuʒ dextra ⁊ ſiniſtra donec
opponat̄ ei ad quod redit ⁊ pone pedi quaſi ſtafa.
Et ſtringe ſup crus deinde ſtringe ſup coxam ⁊ ſup
genu ſtrictura que ſeruet eā deinde ſuſpendat̄ ex hu
mero ſuſpenſione ne ſit poſſibile cruri cū hoc ut ex
tendat̄. Quando vero diſlocat̄ ad interiora tunc
ꝓcipitur vt flectat genua: ⁊ teneat eum homo fort̄ ex
latere emūctorij: ⁊ capiat reſtaurator manu ſua cap̄
coxe apud genu ⁊ trahat ipm̄ ad anteriora: ita vt im
pellat extremitatē aliā ⁊ impellat ipm̄ impulſione tē
dente ad ſupiora ⁊ exteriora: Et ſi adiuuat cū ali⁹
ab extremitate alia ex contrario motus eius ⁊ iam li
gauit eā cū vitta aut cū fune erit bene: deinde ligetur
cū ligamento. Veꝝ qn̄ diſlocat̄ ad exteriora opor
tet tunc ut firmet reſtaurator extremitatē coxe que ē
apud genu ⁊ moueat eā ex contrario motus ꝓdicti.
Et ſit alius tenens ab extremitate alia mouens eā ex
contrario motus primi ⁊ iam ligauit vittā aut funē.

Et in illa que ē ex illo ad anteriora aut poſteriora
ſtringat reſtaurator radicem coxe cū ligatura lata.
Et capiat ſup hūeꝝ ad ꝑtem que oportet ſm̄ declia
tionē diſlocationis. Et accipiūt viri duas extremita
tes ligature ample: deinde extendant eam omnes ſi
mul extenſione q̄ ſuſpendunt infirmū in aere. Et cū
hm̄ōi iteꝝ eſt poſſibile ut redeāt modi predicti ad re
ctificationē. ⁊ medicāt eā qn̄q̄ʒ cū chibren. Et mo
dus alius eſt ſm̄ ꝙ retulit de eo qdam eoꝝ ⁊ bn̄ egit
Inquit: oportet ut caueas foueā longā in ligno to
to ſimilē aqueductib⁹: ⁊ nō ſit longitudo fouee ⁊ ꝓ
fūditas eius plus q̄ntitate triū digitoꝝ: ⁊ non ſit lō
gitudo eoꝝ ad inuiceʒ plus quattuor digitis. Et po
nat̄ extremitas althibrē in ꝑtē illius fouee ⁊ ſuſtētet
cū eo: ⁊ ſit ipulſio eius ad ꝑtē ad quā oportet ipelle
re. Et oʒ ut ſuſtētent̄ i medio ligni magni aut podial
lignū aliqd̄ erectū cuius lōgitudo ſit q̄ntitas vnius
pedis ⁊ groſſitudo ei⁹ q̄ntitas manubrij foſſorij vt
qn̄ reſupinat̄ ſup dorſū reuoluat̄ hoc lignū in eo qd̄
ē inter alhaſegi ⁊ caput coxe qm̄ ꝓhibet ſequi illud
qd̄ extendit ipm̄ a ꝑte pedū: licet illud iteꝝ multoti
ens idigeat extēſione que ſit a ſupioribus. Et cū hoc
cū corp⁹ ipellit̄ ad iferiora impellit hoc lignū caput
anche ad exteriora. ⁊ oʒ ut ſit manus ad inferiora ſʒ
moduʒ quē diximus ante hoc ꝓcipue ex pede. Qd̄
ſi caput coxe non ingredit̄ ꝑ hanc ſpēm curationis
tunc oʒ ut auferat̄ lignū erectū ſuſtentatū ⁊ ut figant̄
duo ligna alia ſup duo domicilia loci illius ligni. ſ.
in omni latere eius lignū ut ſint ſicut poſtes porte et
nō ſit vnūqd̄q̄ʒ eoꝝ minus pede: deinde egtet ſuper
ea lignū aliud ſicut egtat lignū ſcale ut ſit figura ſex
lignoꝝ ſimilis lr̄e q̄ nominat̄ grece bitaneu: hec eni
figura fit cū ponit̄ lignū trinū in medio inferi⁹ duo
bus extremis parūp: deinde oportet ut reſupinet̄ in
firmus ſup latus ſanū ⁊ extendat coxā ſanam in eo
quod eſt inter hos duos poſtes ſub ligno quod eſt
ſimile gradui ſcale ⁊ ponatur coxa infirma ſup hūc
poſtem ut ſit caput coxe equitans ſuper ipm̄ poſtq̄ʒ

expansi fuerint super postes panni plicati plicatiõe plurima ut non ledat postis coxaꝫ: postea sumatur lignuꝫ aliud equalis latitudinis cuius longitudo sit tante quantitatis que comprehendat ex capite coxe vsq; ad locũ calcanei ꝛ ponaŧ in longitudine sub coxa ab iteriori parte ut retineat caput coxe ad calcaneuꝫ ꝛ ligeŧ cum eo: deinde administreŧ in gibbositate. Uerũ ſm ꝙ diximus in eo quod precessit: oportꝫ tũc ut extendaŧ crus ad inferiorã cum ligno ligato cum eo ut redeat caput coxe ad locum suuꝫ cum hac extensione vehementi. Et est iterũ modus alius cum quo ingrediŧ caput coxe absq; extensione infirmi super lignũ. Et est modus quẽ laudat Hypo. ꝛ ille existimat ꝙ oportet ut ligenŧ manus infirmi simul cuꝫ ligamento lato leni ꝛ ligenŧ pedes eius ambo cuꝫ ligamento lato forti leni super duos calcaneos ꝛ sup duo genua. ꝛ sit longitudo cuiusq; corũ a cõpari suo quantitas quattuor digitorũ. Et sit crus infirmũ extẽsum plus altero quãtitate duorũ digitorũ et suspẽdatur infirmus super caput ꝛ sit elongatio eius a terra quantitas duorũ cubitorũ: deinde currat adolescẽs habens experientiam puber cuꝫ brachijs suis ꝛ extrahat coxam infirmã in grossiore loco eius vbi est caput coxe iterũ ꝛ suspendaŧ cũ infirmo subito, nam iũctura cum factum fuerit illud cum ea ingrediéŧ ad locum cum quolibet studio. Et iste quidem modus est facilior alijs qm̃ non indiget operatione plurima. Uerũ plures medicantiũ non bene operantur in eo: qm̃ ipi spernũt eum ,ppter suam facilitatem. Et si fit dislocatio coxe ad exteriora: tunc oportet ut extẽdatur infirmus ſm ꝙ diximus cũ hac ligatura que est super alhahasegi inguinis ꝛ furculam ſm ꝙ diximus. deinde est necessariũ medicanti ut euellet cũ thibiã deforis ad interiora postq; posuerit extremitatem thibie in aliqua parte fouce quam dixim⁹ vt stringat super eam. Et sint aliqui ministrorũ ex parte coxe sane impellentes iterũ ꝛ oppõatur impulsio ut non impellaŧ plurimũ. Et cũ dislocatio est ad anteriora tunc oportet ut extendaŧ infirmus: deinde ponat vir fortis radicem vole manus sue dextre super ingueꝫ infirmi ꝛ coartat ipm cuꝫ manu altera. ꝛ ipse cuꝫ hoc ponat coartationem extensam ad inferiora ad partem genu. Et qm̃ dislocatio est ad posteriora tunc non oportet ut extendaŧ infirmus ad inferiora eleuatus super terram: imo oportet ut sit positus super aliquid durũ sicut oportet ut sit iterũ quando separaŧ ancha eius ad exteriora sicut dixi in gibbositate. oportet ergo ut extendaŧ infirmus sup lignum aut podiale super faciem suam ꝛ sint ligamenta stricta non super coxam: imo sup crus sicut dixim⁹ nuper. Et oportet iterũ administrare ꝯpressionem cũ tabula ꝛ super alhahasegi et locuꝫ ad quem egreditur iũctura. Hic est sermo noster in speciebus dislocationis que accidit anche ex causa manifeste antecedente illud. Uerũ qr quãq; dislocatur coxa ,ppt multitudinẽ hũiditatis accidentis ei sicut dislocaŧ spatula: oportet tunc ut administreŧ cauterium sicut diximus in loco in quo diximus hoc cauteriũ.

De dislocatione genu. Capi. xxvij.

Genu est velocis dislocationis: fortasse enĩꝫ dislocaŧ absq; causa ꝑter deãbulationem velocẽꝫ. aut lubricat parũ sicut carnalis. mł totiens dislocaŧ absq; causa ꝑter saltum. Et genu quidẽ dislocaŧ ad omnẽ ꝑtem nisi ad anteriorẽ ,ppł rotulam ꝛ adiutoriuꝫ eius.

De cura. Capitulum. xxviij.

Sedeat infirmus sup sedem ,ppinquã terre: ꝛ eleuenŧ pedes eius parũp: deinde extendat vir fortis manũ suam desup ꝛ desubt⁹ extensione forti ꝛ reducat restaurator iũcturã ad dispositionem suã ſm iudicium dislocationis vniuersalis ꝛ ligeŧ eam.

De dislocatione arcessatu ꝛ est rotula genu. Capitulum. xxix.

Quando accidit ei dislocatio oꝫ ut pes plane ponaŧ in terra ꝛ reducaŧ rotula: deinde impleaŧ curuatura geniculi pannis ,phibentibus a duplicatione ꝛ ponãŧ desuper ascelle resistẽtes ei in ꝑte ad quã declinat. Cũ ergo restringiŧ ꝛ adheret non dupliceŧ genu cum festinatione sꝫ paulatim donec alleuietur.

De dislocatõe iũcture tali apd calcãeũ. Ca. xxx.

Dislocaŧ calcaneus. Indiget ergo si dislocaŧ extensione forti ꝛ curatione vehemẽti ꝛ impulsione cũ fortitudine ut redeat. Deinde oportet ut dimittat deambulationẽ circiter. xl. dies ut non dislocéŧ scd̃o. In separatione vero pauca sufficit quelibet extẽsio deinde reducaŧ. Et qm̃ ꝯplete dislocaŧ oportet ut reducaŧ ſm ꝙ dicũt antiqui. inquunt: Oportet ut extendaŧ infirm⁹ sup dorsũ suũ sup terram ꝛ ab eo qd̃ est inter coxas eius apud alahausegi: sit paxilus lõgus intrans in ,pfunditatẽ terre ñ ꝑmittens corpus eius moueri cũ ꝑcedit pes ei⁹ ad inferiora: imo oportet ut figaŧ iste paxilus anteq; resupineŧ infirmus. Qd̃ si ꝑsens tibi fuerit lignum magnũ in cuius medio dixim⁹ esse aliud lignũ fixũ tũc oportebit ut fiat extensio sup hoc lignũ. Et oportet ut sit minister tenens coxã ꝛ extendens eã ꝛ minister alius extendens pedẽ aut manib⁹ suis aut ligamento ſm cõtrariũ extensionis mĩstri ꝑmi ꝛ equet medicus manu separationeꝫ ꝛ teneat minister alius pedem aliũ ad inferiora. Et oportet post equatiõeꝫ ut ligeŧ ligamentis fortib⁹ ꝛ vadat cũ parte ligamenti ad pectinem pedis ꝛ cũ parte eius ad calcaneũ ꝛ ligeŧ illic. Et oꝫ ut caueaŧ ex neruis q sũt supra talũ posterius ut nõ sit sup eos ligatura vehemẽs: ꝛ ut ,phibeaŧ infirmus a deambulatione. xl. diebus ꝛ isti si conanŧ ambulare añ nõ sananŧ ſm ꝯplementũ ꝛ dissoluiŧ eis membrũ ꝛ corrũpiŧ curatio. Qd̃ si separaŧ os tali ex saltu: nã illud accidit multotiẽs: aut accidat huic mẽbro apa calidũ: oꝫ tũc ut ꝑpareŧ hoc membruꝫ cũ resupinatione ifirmi sup faciem suã ꝛ extensione membri ꝛ equatione eius ꝛ cũ embrocis q̃ sedãt apostemata calida ꝛ admĩstratiõe ligamẽtorũ fortiũ ꝛ vt quiescat infirmus ꝛ nõ moueaŧ donec rectificeŧ membrũ integre. Et ligatura qdem tali oportet ut sit ad digitos ꝛ dimittaŧ talus apertus.

De dislocatione ossis pedis. Capi.xxxi.

e Jus regimen est ꝓximū regimini disloca- tióis ossis calcanei ꝛ fortasse sufficit ut eq̄s ita ut calces cū pede tuo sup ip̄z panno existente inter ea donec equet: deinn̄ empla ꝛ stringe ƀz modum quem scis.

Tractatus scd̄us de radicibus vlibus i fractura.

De sermone vli in fractura. Capitulum.i.

enis non obuiat origini neruor. Et stude ne frigus adueniat velamini: qm̄ est malum τ timorosū, τ sub τ illa regimen: τ assidua effusionem olei tepidi. Et si a ppet sup velamen nigredo τ ē fortasse in eo qd̄ sp paret de ipso τ non ē nocens: τ fortasse cāe eius sūt medicine tūc cura ipam cū melle concusso cum triplo sui olei rof. donec remoueat nigredo: τ pulueriza desuper medicinam capitalem: τ si nigredo fuerit cōfirmata tunc fuge. Cū ergo verificatur necessitas extendendi aliquid τ incidēdi illud aut extrahendi ipsum tūc festinet τ nō expectetur complemētum gnātionis pus in loco. Et hoc qdem non tolleraf nisi vbi non ē pāniculus noiatus mater co ar tatus aut punctus: qm̄ punctura facit in dispositione apa τ spasmū τ fortasse pducit ad apoplexiaz quare oportet ut extrahaf illud os statim τ redibit sensus si fuerit apoplexia statim. Si autē fuerit foramen tūc res erit vehemētioris festinationis. Et qn̄ frangitur craneū τ infrigidaf velamen τ apostemaf τ noiatur illud futratem τ tunc tibi inest in eo qd̄ diximus cū hmōi festinatione: aut si fuerit necessaria expectatio tunc sit vsq; ad duos dies aut tres. In plimo rei oz ut curet in scdo cuz incisione. Et qn̄q; fit cum sera subtili pdicta. Et qn̄q; fit ita ut fiant foramina parua silia foraminibus q̄ fiunt ab acubus qbus subselia sumit vbi oz ut cadat ex eis licz in eis sit timor: qm̄ fortasse penetrāt subito vsq; ad panniculuz vbi ingeniet cū instrumento qd̄ diximus qm̄ est saluius. Qualit vero fit curatio nos dicem⁹ in hoc illud qd̄ dixerunt pmi. Inquit: Oportet ut radatur in pmis caput vulnerati: τ fiant in eo due fissure se secantes orthogonalit: τ secet vna earuz alteram fm figurā crucis. Et oportet ut sit vna duarū sectionū sectio pma que fuit ex percussione: deinde oportet ut excoriet sub angulis quatuor ut discooperiaf. os totū cuius cōcauatio debet fieri. Qd̄ si accidat inde fluxus sāguinis tūc oportet ut impleaf panno infuso in aqua τ in aceto: τ si non iple ipm panno sicco: deinde pone sup eū puluillū infusum in vino τ oleo τ administret ligamentum quod cōuenit ad illud ita ut cū fuerit mane si non acciderit aliquid ex accidētibus malis tunc oportebit ut incipias cōcauare os fractū: τ illud ē qm̄ oportet ut facias sedere infirmuz: aut pcipias ei ut resupinet fm figurā que cōuenit fracture: deinde opila aures ei⁹ cum lana aut cotto ut nō ledaf ex voce pcussionis τ solue ligamētū vulneris τ aufer pānū ex eo τ absterge ipm: deinde pcipe duob⁹ ministris ut teneāt cū pannis subtilib⁹ quatuor angulos cutis que iaz scissa fuit τ extēdāt eā ad superiora. s. cutē que ē sup os fractuz. Et si os fuerit debile ex nā sui aut ex fractura que accidit ei tūc oportebit ut auferas ipm cū incisorijs ponēdo q̄dam ɔtra alia: τ incipiendo ab eo qd̄ ex eis ē latius fiat permutatio ex eis ad incisoria subtilia: deinde pueniat ad capillaria τ administra facilitatē in pcussione parua τ magna ut non ledat caput τ ingeret ipm. Et si caput fuerit forte tūc oportebit in pmis ut pforet cuz tripanis que noiantur nō pfundātia. Et sunt pforatorie qbus ē eminētia parua interius ex locis acutis eoruz ut prohibeat ea illa eminētia pfundare τ peruenire de siphac donec cōcaues cū eis os scissum τ eradices ipsuz τ non subito: imo paulatim. Et si fuerit nobis possibile ut eradicem⁹ ipm cū digitis tunc illud ē: Et si nō cum tenalijs aut cū forpicibus aut his silib⁹. Et oz ut sit inter illud ex foraminib⁹ exitus quantitate stili ita ut fiāt ppe superficiez ossis interioris. Et oportet ut remaneat tactui foraminis aliquid ex siphac. Et ppter hoc oportet ut sint pforatoria fm mensuram essentie ossis: τ ut administrent in hoc perforatoria plima. cum ergo fractura non ē nisi i loco originis ossis tm̄: tunc oportet ut fiat permutatio ad illas res tm̄: ita ut cum cauaueris os tunc oportebit ut eques asperitatem ossis capitis que fit ex incisiōe τ concauatione: aut cū nouacula: aut cū aliquo incisoriorum que similatur aciei ensis postq; posueris instrumentum quod cooperit siphac τ seruat ipsum. Et si remāserit aliquid ex ossibus paruis aut frustis tunc oportebit ut accipiantur cum facilitate: deide perueniat in curatione cū operatione aut vnguentis. Nam iste ē facilior qui fit ex modis curationis τ minoris nocumenti. Inquit Gal. Cum tu discooperueris partē ossis capitis tunc pone sub eo incisorium in fine cuius est pars que assimilatur lenti eminens si est lenis τ est acuitas in longitudine do nec sit latitudo lenti similis sustentata sup siphac. Et oportet ut percutiatur desuper cū malleo paruo τ incidaf os capitis. Cū ergo fecerimus illud erit ex eo totū illud quo indigem⁹: τ illud ē qm̄ siphac nō mouetur tūc: neq; si medicās eēt dormiēs qm̄ siphac opponit lateri lato instrumēti silis lenti. Et si puenit hoc instrumētum ad os capitis tūc ipm eradicat illud absq; lesione. Et illud iō qm̄ postremū figure silis lenti circūdans hoc incisorium retro incidit os capitis τ nō est possibile ut inueniaf species alia ad eradicandum hoc os facili⁹ neq; velocioris operationis q̄ hec spēs. Curationē vo que fit cum serris τ instrumētis q̄ noiatur moderni vituperauerūt pper malitiam eius: hic ē ergo sermo noster i curatiōe ossis capitis cū accidit ei scissura. Et conuenit hec eadem curatio in reliquis specebus fracture que incidit ossi capitis quāuis nos non diximus nisi curationē fissure posuimus eam exemplum alijs. Inquit Paulus τ Gal. Iterū docuit nos quātitatem ossium q̄ oportet icidi τ iste est sermo ei⁹. Nō oportet ut icidaf ex osse nisi illud quod ē infirmū. nā illud qd̄ ex eo est cōminutū vehemēter oz ut auferatur totū. In illo aūt ex quo extendūtur scissure extēsione plima. naz illud qn̄ accidit nō oz tūc ut cōsequaris fissuras vsq; ad finē earū τ ut scias q nō accidit ppt hāc cām res nociua qn̄ in reliqs opatiōib⁹ q̄ oz ipm facē est fm q oz. Ampli⁹ oz post curationē cū ferro ut accipias pannū lini extēsū quātitate ossis vulneris τ infūde ipm in oleo rof. τ cooperi cū eo os vulneris: deinde accipe pannū duplicatum aut triplicatum τ infunde

ipsum ĩ vino ⁊ oleo ro. Et lini vulnus totũ oleo ro.
deinde pone sup ipsuz pãnũ q̃zto leuius potes vt ñ
grauet siphac: deinde administra desup ligamentũ
latũ ⁊ non stringas ipsũ nisi cũ quantitate que tene-
at pãnos tantũ. deinde administra regimẽ qd̕ remo
ueat inflãmationez ⁊ destruat febrem. ⁊ humecta ve
lamen desuper cũ oleo ro. in omni hora ⁊ solue ipz
in die tertio ⁊ absterge ipsũ. Et cura ipsũ curatione
qua creat carnem ⁊ sedat inflationez ⁊ pulueriza su-
per siphac puluerez ex medicinis siccis que nomi-
nant̕ medicine capitis donec oriatur caro in quibus
daz horis super os si indiguerimus hoc cũ ossa sũt
eminentia ⁊ vt nascat̕ caro velociter: ⁊ cura ipsũ cuz
reliqs medicinis quas diximꝰ in curatione vulneꝝ.
Et inqt Paulus: Multotiens accidit in siphac ca-
pitis post curationẽ cũ ferro apostema calidũ ita q̄
superueniet spissitudini ossis capitis ⁊ spissitudini cu
tis iteꝝ: ⁊ est cũ hoc grauitas ⁊ prohibitio motꝰ eiꝰ
naturalis. Et multotiens accidũt istis extensio ⁊ ac-
cidentia alia mala ⁊ seqt̕ has res mors. Et non acci
dit apostema calidũ siphac nisi aut propter os emi-
nens sub eo: aut propter grauitatem tentaꝝ: aut pro
pter frigus: aut multitudinem cibi: aut multitudinẽ
vini: aut propter causam aliam occultam. Qd̕ si
apostematis calidi causa est manifesta tunc oportet
vt abscindas illam causam velociter. Qd̕ si est ex
causa occulta tũc stude in separatione eiꝰ ⁊ admistra
phl̕omiaz vene si non fuerit prohibens ad hoc ⁊ mi
norationez cibi ⁊ regimen qd̕ conuenit apostemati-
bus calidis sicut embrocatio cũ oleo ro. calido aut
cũ aqua in qua bulita sunt altea ⁊ fenugrecũ ⁊ semẽ
lini ⁊ camemilla ⁊ eis similia: ⁊ admistra emplastrũ
ex farina ordei factũ cũ aqua calida ⁊ oleo ⁊ semine
lini ⁊ administra adipem galline in lana ⁊ humecta
cũ ea caput ⁊ ceruicem ⁊ spondiles ⁊ distilla i aures
aliqd̕ ex oleis que sedant caliditates ⁊ fac sedere ĩfir
muz i aqua calida in domo ⁊ inunge ipsuz. Qd̕ si
apostema calidũ perseuerat ⁊ non est aliqd qd̕ pro-
hibeat sumere medicamen solutiuũ soluens semel fi
at illud: nam Hyp. precipit illud: Inqt Paulꝰ: De
nigrat̕ siphac ⁊ nigredo ẽ in superficie eiꝰ. Et illud ẽ
in medicamine iteꝝ quo curat̕: nam medicamen ni-
grũ forsasse facit illud tũc oportet vt sumas ex melle
⁊ oleo ro. iij. partes ⁊ permisceas ⁊ linias cũ eo pan
num ⁊ ponas super siphac: q̄ si accidit in siphac ni
gredo ex seipso ⁊ peruenit vsq̃ ad oculum precipite
cũ signis alijs malis tũc oportet vt desperes de salu
te huius infirmi: quoniaz est significatio consumpti
onis caliditatis ĩnate ⁊ destructionis eius. Et ego iã
vidi quendaz cui accidit fractura ĩ capite suo ⁊ cõca
uatũ est os capitis eiꝰ post ãnum ⁊ sanatus est: ⁊ illd̕
ideo q̃m fractura fuit in syncipite ⁊ fuit ex percussio
ne sagitte: ⁊ erat ei cursus ⁊ ꝓpter hoc non aduenit
siphac aliqd: imo saluatum est a corruptione. Inqt
Gal. Accidit homini vt frangeret̕ syncipat eiꝰ ⁊ iteꝝ
os tẽporis fractura extensa: ⁊ cõposita ẽ fractura cũ
dispositione reꝝ ossis syncipitis: ⁊ incidimꝰ ipsũ ad
intentionem notam ⁊ sufficit illud ⁊ sanatus est vir.

De fractura mandibule. Cap. ij.

Inqt sapiens cũ incidit̕ ad interiora nõ fran-
gat̕ q̄ si frangit̕ mandibula dextra tũc intro-
mitte indicem ⁊ mediũ manꝰ sinistre in os in
firmi. ⁊ si frangit̕ mandibula sinistra tũc intromitte
manus dextre ⁊ eleua cũ eis marginez fracture exte
rius ⁊ interius ⁊ oppone eas ambas cũ manu alte-
ra de foris ⁊ equa eam ⁊ cognosces equationez eius
ex equatione dentiũ q sunt in ea. Si autez frangatur
mandibula in duobꝰ locis tũc extende eam in duo
latera ꝺm oppositionez ministro extendente eam ⁊
ministro retinente ipsam: deinde veniat medicus ad
equandũ ipsam ꝺm q̄ diximꝰ ⁊ liga dentes q torti
sunt ⁊ separati sunt adinuicez. Si autem accidat
cuz fractura vulnus aut frustũ tũc administra con-
suturaz ⁊ puluillos ⁊ medicinas incarnatiuas post
reditionez ⁊ equationez. Inqt: ligamentũ eiꝰ sit ꝺm
hũc modũ: pone medicamen vitte sup nuchaz col-
li ⁊ vadant due extremitates a duobꝰ lateribꝰ super
duas aures vsq̃ ad extremitatẽ mandibule: deinde
vadant cuz eis iteruz ad nuchaz: deinde vsq̃ ad lo-
cũ sub mandibula super duas maxillas vsq̃ ad syn
ciput vadens ex eo iteꝝ vsq̃ ad locuz qui est sub nu
cha ⁊ ponat̕ ligamentuz aliud super frontez ⁊ in po
sterioribꝰ capitis ⁊ stringat̕ tota inuolutio que inuo
luta est ⁊ ponat̕ desuper pãnus lenis. Et si separent̕
ambe mandibule simul ex extremitatibꝰ eaꝝ tũc in-
cipiat̕ cũ vtrisq̃ manibꝰ paulatim: deinde opponãt̕
⁊ coniungant̕ ⁊ considerent̕ ad compositionez denti-
um ⁊ liga duales cũ filo auri vt non separet̕ rectifica
tio ⁊ ponat̕ medicamen ligamenti super colluz ⁊ va
dat caput eiꝰ ad extremitatez mandibule ⁊ precipiat̕
infirmo vt qescat ⁊ sit tranqllꝰ ⁊ dimittat locutionez
⁊ ponat̕ cibus eius sorbitiones. Et si alterat̕ aliud
ex figura tũc soluat̕ ligamentuz nisi accidat apostẽa
calidũ. Qd̕ si accidat tũc ñ negligas vti emplastris
⁊ embrocis que conueniunt ad illud ex illis que se-
dant ⁊ resoluũt cũ equalitate. Et os qdẽ mandibule
stringit̕ ante tres hebdomodas: q̃m est lene ⁊ est i eo
medulla plurima replens ipsum.

De fractura nasi.

Capitulum. iij.

Nasi superior pars est os ⁊ inferior ẽ cartilago
⁊ illi quidem cartilagini non accidit fractura
imo attritio ⁊ q̄ comprimendo dilatat̕ tota ⁊
q̄ dilatatur inferior pars eius superiore remanente
vt est ⁊ separatio ad vnum latus. Superiori vero
parti ossis accidit quandoque fractura. ⁊ quando
frangit̕ nasus ⁊ non curatur perducit ad casum. Et
iteꝝ quandoq̃ indurat̕ ⁊ remanet ꝺm tortuositatez
suam: quare non recipit equationem. oportet ergo
vt festinet̕ in die primo ⁊ non pertranseat decimuz.
Et scias q̄ quando fractura nasi conseqt̕ loca supe
riora eius magis conueniens est. ⁊ rectius regimen
in ea est vt sumat̕ stilus deceuter factus lenis ⁊ intro
mittat̕ cum facilitate i nasum vsq̃ ad finem alchaia
sim ⁊ teneat ipm cuz manu sua ⁊ equet nasuz cũ ma
nu altera donec equet: deinde subtilit̕ intromitten

do liciniuz ↄseruans ipm in figura equationis. Et
melius qdez est vt sit ex lino. Et cautela est vt intro-
mittat in vtrasq; nares simul licet nō sit nocumentū
nisi in latere vno. Et quandoq; ponit liciniū in latꝰ
vnū vsquequo eius vltimatio peruenit ad cōfirmati
onez ⁊ restaurationē. Et nō cōponat sup nasum li
gamentū quoniaz facit ipsū latū nisi sit illic eminen-
tia magna ⁊ timeat fm eaz descensio. Cū autē acci
dit in partibus inferiorib tunc possibile ē vt equet
cū duobꝰ digitis duaz manuū sicut duobus indici
bꝰ aut duobꝰ auricularibꝰ. Et quādo accidit i hac
dispositione apostema tunc vnguentuz diaglon est
bonū valde. qm̄ sedat apostema ⁊ cōseruat itez figu
raz equationis ⁊ confortat. ⁊ similiter medicamē fa
ctum cū aceto ⁊ oleo ⁊ similia ⁊ minuto turis super
q̄d puluerizet cinis ⁊ emplastret cū eo. Et quando
fractura est attritio aperta tūc non ē possibile vt re-
deat cū ea ad rectificationē nisi postq̄ findit ⁊ extra
hit cōminutio ossiū ⁊ cū sutura eius ⁊ puluerizent d
super pulueres. Et quādo accidūt inclinatio ⁊ sepa
ratio cartilaginis tunc equa eā violēter. deinde liga
eaz ligatura cōseruāte eaz super illud ⁊ ē vt ponas li
gamentū extensū ex latitudine ceruicis super quā ē
inclinatio ex eis quibꝰ fit facile hoc ligamentuz. Et
bonū ē vt sumas marginez pāni fortis aut corrigiaz
cui sit latitudo digiti vnius ⁊ leni vnaz extremitatū eꝰ
cū glutino pisciū ⁊ glutino corij vaccini aut cū gum
ma aut cū reliqs glutinationez facientibꝰ ⁊ inuisca
ipsaz super extremitatez nasi ex latere super qd̄ ē in
clinatio donec exiccet super ipsū ⁊ reducat nasus ad
situ suū cū uiolentia: deinde extende illam corrigiaz
aut pannuz donec equetur cum eo ⁊ inclina ipsum
ad latus diuersum inclinationi prime ⁊ restaura ip-
sum super collum ⁊ liga ipsum ligamento tenente ip
sum secundum illam formam. ⁊ emplastra cum em-
plastris que sunt necessaria.

De fractura furcule. Cap.iiij.

Furcula frangit aut ꝓpter pondus delatū aut
ꝓpter casum magnū: aut ꝓpter percussionez
vehementez. Amplius furcule restauratio
fit difficilis ⁊ indiget subtiliatione. Dixerūt in restau
ratione eiꝰ: si contrahit ꝓpe casum erit descensio ca-
pitis adiutorij inferiꝰ minꝰ. Jnqt: Et quādo cōtra
hit furcula i duas medietates tūc fac sedere isirmuz
sup sedez ⁊ teneat minister adiutoriū in quo est fur-
cula fracta ⁊ extendat ipsuz ad exteriora ⁊ ad supe-
riora itez ⁊ extendat minister itez ceruicez ⁊ humez
inclinatū cū quantitate q̄ est necessaria. Et equet me
dicus cū digitis suis illud qd̄ est eminens impellēs
ipsum ⁊ qd̄ est concauū cōmoueat ante ⁊ retro ⁊ ex
trahat ipm. Et si indiget in illo extensione plurima
ponat sub titillico pilaz magnā de pilis ⁊ eleuet cu-
bitum donec approximet ipsuz costis quoniā exten
det fm q vult. Et si incidit extremitas furcule ad in
teriora frangendo aut non obedit cū attractiōe me-
dici ⁊ non suspendit: qm̄ est ad ꝓfunduz plurimū:
tūc ꝓsterne isirmū sup colluz suū ⁊ pone sub hume
ro puluinar gibbosuz ⁊ demerge humez eiꝰ inferiꝰ
donec eleuet ad os furcule: deinde equa ipm ⁊ rectifi
ca cū digito tuo ⁊ stringe. Qd̄ si infirmꝰ inuenerit
puncturā ex deambulatione manus sup ipsuz tunc
frustū pūgit ipsū: fm scitum ergo scinde ⁊ aufer fru-
stuz ⁊ fiat illud a te cū facilitate ⁊ ꝓprie si fuerit fru-
stum subtus Et vt nō disrūpas siphac pectoris intro
mitte istrumētū conseruās siphac pectoris sub osse:
deinde frange os. Qd̄ si nō acciderit apostema cali
duz tūc sue scissuraz ⁊ icarna eaz. Et si accidit aposte
ma calidū tūc ifunde puluillos cū oleo aliquo. Et si
dimittit caput adiutorij apud fracturaz cum frusto
furcule ad iferiora: tūc oportet vt suspendat adiuto
riuz cū ligameto lato ⁊ eleuet ad partez ceruicis. ⁊ si
frustuz furcule fuerit inclinatū ad superiora: ⁊ illud
qdem paz fit tūc non suspendat adiutoriū: sed resu-
pina illum cuiꝰ est furcula fracta super dorsuz suū ⁊
subtilia regimen eiꝰ ⁊ stringetur furcula in mense ⁊
minus. De furcula autez dixerunt q furcula non
seiungit ex latere intrinseco quoniaz annexa est pec-
tori non seiuncta ex eo: ⁊ propter hoc non mouetur
ex hoc latere. Et si percutiat exterius vehementer ⁊
seperet tūc ipsa equet ⁊ curat curatiōe qua curat cū
frangit. Extremitas vero eiꝰ que seqt humez ⁊ sepa
rat ab eo nō dislocat plurimū: qm̄ lacertus q habet
duo capita ꝓhibet eaz ab hoc ⁊ ꝓhibet eam iteruz
caput spatule Et non mouet furcula motu vehemē
ti: qm̄ ipsa non est posita nisi vt separet pectꝰ tantum
⁊ dilatet ipsum ⁊ ꝓpter hoc facta est furcula homini
soli iter reliqua animalia. Qd̄ si accidat ei disloca-
tio ex lucamie aut re alia simili huic tūc ipsa equetur
⁊ intromittat ad locū suū cū manu ⁊ puluillis pluri
mis q ponunt super eam cū ligamento qd̄ oportet.
Et conuenit hec curatio extremitati humeri iterum
cū separat ⁊ reducit eaz ad locum suū et illud quo li
gat furcula humero. ⁊ est humerus ⁊ os cartilagio
sum ⁊ ipsū ingrossat in macilentis. Et cū remouet
existimat ille cui non est experientia q caput adiuto
rij iam separatum ē ⁊ exiuit de loco suo: caput enim
spatule videt tūc vnū ⁊ videt locꝰ a quo permutatū
est concauū: verū oportet vt distinguat significationi
bus quas experiemur post.

De fractura spatule. Cap.v.

Spatule qdē locꝰ latꝰ paz frangit Plurimū
enim qd̄ accidit de fractura eiꝰ accidit margi-
nibꝰ ⁊ lateribus ⁊ frustis. Et quando accidit
cognoscit tactu: ⁊ per illud qd̄ seqt eā de punctura.
Verū plm accidit ei scissura quā significat aspitas q̄
cognoscit tactu ⁊ dolore locali ⁊ pūctura si fuerit: lz
nō sint reliqua signa. Et fortasse accidit fractura
ad iteriora ⁊ significāt ipsaz icisio accīs ⁊ crepitatio
leuis quam pcipit auditus cū crepitat miser cuz ea.
Et iuenit p attractionem manus qua ↄseqt eaz ⁊ do
lorem. Et cura eius iterum est subtiliatio manꝰ ⁊ bo
nitas cōuenientie impulsionis ab inferiorībꝰ ⁊ equa
tionis: ⁊ fortasse indiget ventosis fm q existimo do
nec attrahat ad supiore ⁊ equet cum cautela a nocu
mēto i aggregatiōe materiei. Frustula aūt spatule
cū frangunt si sunt igetantia pungentia ⁊ ledētia tūc

necessariū est extrahere ea. Et si sūt quieta cquentur ⁊ ligent ligamētis silibꝰ ligamentis furcule. Et oꝫ ut dormiat hn̄s fracturā spatule sup latꝰ sanū nō super aliud.

De fractura cassi Ca. vi.

a Ccidit casso scisso sicut ligno ⁊ accidit fractura ad interiora. Et pmū qdeꝫ cognoscit sonitu sensato p tactū ⁊ auditū: ⁊ qn̄qꝫ invenis ipam manifestā cuꝰ due ptes sunt manifeste ⁊ cū extēsione doloris. Scdm vo sequūtur accidētia mala ex ꝯstrictiōe anhelitus ⁊ tussi sicca ⁊ fortasse patiēs illud spuit sāguinē. ⁊ qn̄qꝫ gnātur ex eo putrefactio velaminis. Et cura istoꝝ ē cura illius q hꝫ illud in humero. Et si inclinat inferiꝰ tunc cura ē illa q̄ descripta ē in cōpressione furcule depresse p fracturam. Et si ingrediunt coste administra super eas ligamētū factū ex lana cū revolutiōe post ligamēta posita sup eas desubtus cū rectitudine: deinde aggrega extremitates duorum ligamentorum ⁊ liga eas adinvicem: quoniam ipe ꝓhibent ligamēta revoluta a solutione.

De fractura costarū Ca. vij.

c Ostis veris septē accidit fractura duobus lateribus. Falsis vo accidit fractura a latere dorsi. Et qm̄ extremitas alia ē cartilago hypocōdriorum scdm ꝙ scivisti nō accidi ei attritio. Cognitio aūt fracture costarū est facilis q̄ nō occultat tactui ꝓpter illud qd sentit de aspitate ⁊ motu in nō suo loco ⁊ fortasse audit si auscultatur crepitatio occulta. Qd si fuerit inclinatio coste ad interiora ⁊ significāt eā accidētia pleuresis: ⁊ ē fortasse cuꝫ ea sputū sanguinis tūc nō audent restauratores curare ipam cū extēsione ad exteriora ꝓpt defectuꝫ ingenij: qm̄ illud ē difficile absqꝫ vētosis. Et qm̄ ex vētosis timet ꝙ aggreget mā pxima ad interiorē locuꝫ ⁊ est in ea illud qd ē de corruptione. Qd si expellis eas ⁊ nō ꝓlōgas retētionē earū nō ē malū. Verū qn̄qꝫ cibāt infirmū cibis inflativis valde ut infletur vēter eiꝰ ⁊ cōpmat inflatio fracturaꝫ ⁊ īpellat eā ad exteriora. Et hoc quāvis sit de illis a qbus in qbusdam horis nō est excusatio: est tn̄ causa magna ad faciendū ut accidat apostema. Inquit qdā sapiētum: Oportet ut cooperiat locus cuꝫ lana infusa in oleo calido ⁊ ponātur pulvilli in eo qd est inter costas donec repleat ut sit ligamētū equale qn̄ involvitur scdm rotūditatē sicut narravimꝰ in pectore: deinde ponat sicut ponit in habētibꝰ pleuresim scdm quātitatē cōvenietē ossi. Et si oppresserit nos res vehemens ⁊ os pūgit velamē pr̄ictura ledēte tunc oꝫ ut findatur cutis ⁊ discooperiat illud qd discoopertū est de costa: deinde ponat sub eo instrumētū qd cōservat siphac ut nō egrediat siphac ⁊ incidātur cuꝫ facilitate ossa q̄ pungūt ⁊ exire facias. Deinde si nō accidit apostema calidū aggregētur fissure ⁊ medicent cū unguento. Et si accidit ei apostema calidūꝫ cooperiat cū pulvillis infusis i oleo ⁊ cibet infirmꝰ ⁊ curetur cū eo quod sedat apostema calidū ⁊ resupinet sup latꝰ qd leve ē sup ipm.

De eo qd accidit spōdilibꝰ de fractura Ca. viij.

i Nquit paulus: Rotūditatibꝰ spōdiliū accidit qn̄qꝫ attritio: sed fractura parvꝫ accidit ⁊ tunc minuit siphac ⁊ nuche ⁊ nucha ipsa: ⁊ cōicant eis ambabus nervi in nocumēto ⁊ sequit ea utraqꝫ mors si accidat illud spōdili colli. Et ꝓpt hoc oꝫ ut pmittamꝰ sermonē ⁊ enūciemus perditionē fictā. Et si ē possibile ut psumamꝰ ⁊ auferamus os ledēs cuꝫ scissione tūc illud est: ⁊ si nō oꝫ ut visitemus eos cū regimine qd sedat apata calida. Et si remanet aliqd ex ptibus eminētibus spōdilis ex qua sunt que noiantur spine. Nā illud cadit velociter sub digitis cū volumꝰ eius cōminutioneꝫ: qm̄ illud quod coniūctū ē movet ⁊ separat a loco suo: tunc oꝫ ut auferat illud scindēdo cutē exteriꝰ: deinde aggreget cū sutura ⁊ administret in eo curatio incarnativa. Et si frangitur os alkaeil in inferiore pte alchatiꝫ ⁊ alohosos tūc intromittat digitꝰ index sinistre manus in anū ⁊ equet os fractū cū eo ⁊ cum manu altera scdm ꝙ possibile ē: ⁊ si senserimꝰ os fractū iā separatū esse tunc oportebit iterū ut auferatur cū scissione sicut diximꝰ: deinde administretur ligamentum quod convenit ano ⁊ curatio ꝯveniēs ei.

De fractura adiutorij Ca. ix.

o S adiutorij cū spargit scdm plim nō declinat nisi ad exteriora q̄re oꝫ ut tu facias illud quod oꝫ fieri in reditiōe fracture eiꝰ sicut ē scdm ꝙ scivisti. ⁊ tāge ipam manu tua ⁊ equa eq̄tione ultima ⁊ liga eā cū ligamēto ascēdente etiam usqꝫ ad humerū ⁊ stringe cū eo siē pxima illi: deinde ligamēto cōi scdm ꝙ scivisti etiā usqꝫ sub cubito si fuerit fractura ꝓpinqua cubito: postea liga ipam ligamēto tertio ascēdēte ab inferiori usqꝫ superius et suspēde manū angularit ne multiplicet eiꝰ suspēsio extēdendo: qm̄ est malū. Et meliꝰ qdē ē ut stringat adiutoriū ad pectꝰ scdm angularitatē in cubito ut nō moveat ⁊ ꝓprie qn̄ fractura ē ꝓpe cubitū. Ergo pone sup ligamēta aut aquā ⁊ acetū aut aquā solam si fractura adhuc non apat ⁊ fac ipaꝫ ex lino cuiꝰ latitudo sit quatuor digitoꝝ nō plus. Et si iā supvenit ei spatiū: ⁊ apa est: tunc pone ipsam ex lana et ablue ipam in oleo si tibi possibile ē. ⁊ si nō fuerit aliquid ꝓhibēs non solvas usqꝫ ad septeꝫ: ⁊ qd ē post eos usqꝫ ad decē: tunc solve ⁊ liga cū astellis. ⁊ si defensio vocat te ad aliud tunc solve in tertio ⁊ ē illud ad quod inclinat Hyp. qm̄ aufert nocumēta licꝫ noceat restaurationi. Verū in q̄litate ponēdi astellas oꝫ ut sufficiat tibi illud qd tibi declaravimꝰ in ca. suo ⁊ non separes ab ea stricturā ad minus usqꝫ ad. xl. dies. Et quando indiget scdm cōsuetudinē extensiōe vehementi ⁊ nō obedit tibi ⁊ non excusaris auxilio alicuius adiuvantis te: tunc fac sedere infirmum super sedem sublevatam: ⁊ sit ad stantē plus declivis q̄ꝫ ad sedentem ⁊ appodietur super gradum scale: aut quod simile sit ex eis que scivisti in ca. dislocationis. ⁊ locus ille sit planus factus ⁊ mollificatus et linitus: deinde suspende in humero eius aliqd grave extendens ipsum ad inferiora. cum ergo extende

ris extensione quesita: tunc liga cum vitta forti sub fractura ⁊ supra illam ⁊ fac dormire infirmum resupinum ⁊ extende illud quod ligasti vitta cum fortibus vittis vsq; subtus ⁊ ad superiora. in illo enim ē sufficientia. Et quando fractura est in medio adiutorij pone ligamētū cū longitudine vna a duabꝰ extremitatibꝰ iuncture. ⁊ si fuerit ꝓpinquior ad latus pone ligamentum vehementioris ꝓpinquitatis extremitati lōginq uē ꝙ alij. ⁊ si fuerit scissura sola tūc cura est curatio scissure: ⁊ stringatur super eam ligamentum.

De fractura brachij Ca.x.

Accidit qñq; ut frangantur duo focilia simul. Et qñq; accidit ut frangat̃ vnū eorꝫ. Et fractura focilis inferioris ē vehementior ⁊ turpior ꝙ fractura focilis supioris: qm̃ singulr̃ sit fractura vniꝰ eorum: ⁊ illud iō: qm̃ focile inferiꝰ est brachiū deferēs: q̄re eius fractura ē deterior: et qm̃ est nudū carne tunc est fractura turpior. Et iterꝫ superius focile suscipit curationē: ⁊ sufficit ei extensio parua ⁊ nō siliter ē inferius: ⁊ ꝓpter si frangant̃ simul. Et oꝫ ut sustentet̃ apud extensionē adiutorij sup alchol ⁊ est radix vole. Et cognoscitur strictura ligamēti: qm̃ si accidit ex ea i digito apostema paruū aut dolor paruus tūc ligamētū ē equale. ⁊ si nō ē tunc ē molle: qꝛ si ē plim superfluum tunc ē vehemens ⁊ oportet ut mollificetur. Positio autē astellarum non ē ex illis que occultētur tibi: sed oportet ut nō cōsequant̃ cū longitudine sua volā ⁊ radices digitorū: imo abbreuient̃ ab hoc parūper nisi necessariū faciat illud ꝓpinquitas fracture iūcture rascete tali. Uerū tūc iterū oportet ut nō tāgat albaragi digitorꝫ. Et cuꝫ restauratur ⁊ ligat̃ oꝫ ut suspendat̃ ad collū ſm figurā angularē. Et oꝫ ut sit suspensio eiꝰ ꝓprie si ē eius fractura ad inferiora cū panno cuiꝰ latitudo capiat longitudinē brachij totiꝰ: qm̃ si fuerit obuiatio suspensorij ꝓpe fracturā ⁊ reliquū eius sepatum a sustentatione accidet tortuositas ꝓculdubio: ⁊ declinatio sup illud qđ facit ipam sicut volaꝫ imo oꝫ ut sit vola: ⁊ plim brachij in suspensorio. At vō si fractura fuerit ad superiora oportebit ut suspēsio sit ita ut videat̃ fractura ⁊ eleuet duas extremitates ex latere vole ⁊ ex latere cubiti. Qđ si sepatur qđ est inter illud erit adiuuās ipm ad equationeꝫ figure: ⁊ sit suspēsoriuꝫ pannus lenis: ⁊ sit suspēsio talit̃ ne vllo mō sit possibile moueri: ⁊ ut nō dilatet ipsū dilatatione laboriosa. Et fortasse accidit brachio ut restauret̃ in latitudine circiter viginti ⁊ octo dies.

De fractura rascete Ca.xi.

Ossibꝰ istis parū accidit fractura: qm̃ ipsa sūt dura valde. Et quando aduenit eis cā aliqua remouet ea a locis suis ⁊ nō frāgit ipsa quare sunt vltima ad curationē: quēadmoduꝫ diximus in dislocatione.

De ossibus digitorꝫ fractis Ca.xij.

Ossibus iterum parum accidit fractura: imo accidit separatio. Dixerunt quidaꝫ. Si accidit eis fractura oportet ut sedeat ifirmꝰ super sedem eleuatam ⁊ precipiat̃ ei ut ponat volam super sedem equalem ⁊ extendat ossa fracta minister ⁊ equet ea medicus cum pollice ⁊ indice. Qđ si pollex fuerit inclinatus ad inferiora tunc oportebit administrare ligamentum desuper: ⁊ fortasse accidit apostema calidum. Et ad locum mollificationis horum ossium aggregatur superfluitas plurima ⁊ coagulatur velociter: quare stringitur. ⁊ si accidat fractura sulemi aut digito si ex pollex oportet ut ligetur ligamento proprio ei: ⁊ ut ligetur iterum cum vola ut firmetur ⁊ non moueatur. Et si accidit fracture alicui reliquoruꝫ digitorum si fuerit index aut auricularis tunc ligetur cum illo qui approxiat ei. Et si est de digitis medijs tunc ligetur cum illo q est ex latere eius: aut ligētur omnes ſm continuitatem ad inuicem: quoniam ē melius. Firmantur enī ⁊ non mouentur ⁊ sunt tunc quasi ligati sint cū astellis scꝫ ossa fracta.

De fractura ossis lati ⁊ anche Ca.xiij.

Os anche qñq; frangitur: sed raro cum dispositiōe fortitudinis sue. Et accidit illud ei ſm semitam cōminutionis extremitatū ⁊ quandoq; finditur in longitudine: ⁊ quandoq; impellitur intus ad ventrem. ⁊ accidit post istas dispositiones iterum ex dolore ⁊ punctura ⁊ stupore cruris ⁊ coxe ꝓximuꝫ ei quod accidit adiutorio ex fractura humeri. Et quando frangitur os latuꝫ qđ est supra alohosos: aut findūtur ut ligna lacerti eiꝰ sit res difficilis in rectificatione eius: quare fit vna duarum ancharum decliuis ad diminutionem. Et cura eius ē ut iaceat infirmus ⁊ incipiant duo homines fortes extendere duas coxas eius scꝫ quisq; eorum extendat coxam: ⁊ iam ante tenuerinꝰ manus eius ut non festinet ad expellendum illum qui extendit coxam eius. ⁊ incipiant duo restauratores comprimere ancham eius cum vehementia ⁊ fortitudine donec equetur: deinde preparent super eam emplastruꝫ: postea resupinetur super aliquid qđ sit sicut glomer ex pāno aut ei simile ex illis q̃ habent duritiem. Et hoc q̄dē est ꝓximū ei cū quo curatur spatula iterū. ⁊ qñ frangit̃ ex latere anche tūc cura eius ē cura humeri. Et oꝫ ut administret̃ humectatio sup ligamentū ⁊ equent̃ puluilli sicut oꝫ: ⁊ est necesse ut sit sustentatū super locū planū.

De fractura coxe Ca.xiiij.

Cum coxa frangitur necessaria ē extēsio vehemēs: deide equet̃ ſm formā nālē q̃ est ei. Et ē gibbositas siluestris ptꝭ eiꝰ ⁊ ꝯcauitas pauca in eius domestico ſm ambulationem forme que est ei in sanitate. Et obseruentur in dispositione fracture medij eius: aut extremitatis eiꝰ supiora et inferioris dispositionis q̃ dicte sunt in ca. adiutorij ⁊ fit strictura ad supiora ꝯseruās ⁊ retinēs. Dixerūt qñ frāgit̃ cōuertit̃ ad loca anteriora ⁊ ad exteriora. Et illud ideo ē: qm̃ ipsa ē lata ab hac pte p naturaꝫ ⁊ equet̃ manibꝰ ⁊ ligamētis ⁊ spēbus extensionis q̃ sūt ſm equalitatē: aut cū strictura vnius duarum ligaturarū supra fracturam in medio. Si āt fractura

fuerit inclinata a medio ⁊ fuerit ꝓpinꝗ capiti coxe: tunc sumat̃ ligamentū ⁊ inuoluat̃ in medio eiꝰ lana vt nō incidat carnē ⁊ ponat̃ mediū eiꝰ sup pectinem ⁊ ascendant extremitates eiꝰ ad partē capitis ⁊ dent̃ ministro vt retineat eas ad inferiora. Et si fractura fuerit in eo qđ seqt̃ genu: tunc nos ponemꝰ ligamentū in supiore pte fracture: ⁊ eleuabimꝰ extremitates eiꝰ ad illū q extēdat eas ad supiora ⁊ teneat genu cū ligamēto inuoluēs ipm desup. Et equet̃ mēbꝝ istud infirmo iacente sup faciez suā ⁊ crure eiꝰ extenso. Et si fuerint ossa pungētia: tūc oportet vt equētur sicut diximus multotiēs ⁊ q̄ ex eis eleuant̃ capiant. Regimē vero sit ſm ꝙ diximꝰ in curatōe adiutorij. Et os quidē coxe strigit̃ in .l. noctibꝰ. Et ego enūciabo quō oportet vt sit situs eiꝰ postq̄ȝ aggregat̃ curatio cruris. Et oportet vt ponatur inter duas coxas tūc pila de ligno ⁊ ei silibꝰ seruans eā ad formā ſm quā eq̄ta est ⁊ restauret̃ restauratōe cognita ſm ꝙ intelligit̃ ꝓpt̃ illud qđ accidit de apostemate ⁊ pruritu. Et qñ accidit sup coxam: nam est apostema forte et est ex eis q̄ festinant ad coxam: tūc oportet vt ꝓ̄pe ꝑueniatur ad soluēdū vt respiret ⁊ extēdat̃ apostema. Et tu qdē iam sciuisti embrocas ꝓ̄pas. Verū in caugualib ⁊ albaranach ⁊ sunt tabule magne in quibꝰ est parū ꝯcauitatis vt decent̃ cōponant̃ sup inuolutiones capiant lōgitudinē pedis: ⁊ qm̄ si breuiant̃ ⁊ nō restaurant̃ sup crus ⁊ abscindūt infra illud vtilitas nō est vtilitas q̄sita. Et si ꝓlōgant̃ erit infirmus ex eis in labore licet si ipse abbreuiet̃ nō erit expers laboris. ⁊ vtilitas elōgatōis eaꝝ est vt ꝓhibeāt iteꝝ ptē sanā pedis moueri cū fuerit motꝰ illiꝰ q̄ntitatis nociuꝰ fracture ⁊ ꝓ̄pe in dispositōe dormitatōnis ⁊ somni. Et necessitas hoꝝ instrꝝ non est nisi in fractura magna valde: ⁊ nō est possibile cū hoc vti eis nisi anteq̄ȝ apostemet̃: qm̄ apostema nō tollerat huiusmodi. Et ad vltimū est ḡuitas ⁊ malitia ⁊ labor: ⁊ oportet vt fugiat̃ ab eis dū exceptio ꝑseuerat cum ingenijs alijs. Situs aūt restaurate coxe oportet vt sit ſm ꝙ fuit ꝯsuetudo eiꝰ in sanitate de assiduatōne ꝯstrictōis ⁊ dilatatōis. Et illud qđ est magis vincēs est dilatatio. Et scias ꝙ ille cuius coxa ⁊ ancha sunt fracte parū denudatur a claudicatione. ⁊ qñ abscinduntur frusta lacertorū eius mandat prius: deinde minuitur secundo.

De fractura rotule poplitis. Ca. xv.

r

Otula parū frangit̃ ⁊ ſm plīmū ꝯterit̃. Et cognoscit̃ illud qđ accidit cū tactu ⁊ asperitate ⁊ cū vacuitate q̄ intelligit̃ cū tactu ⁊ audit̃ aure. ⁊ oȝ in curatiōe eiꝰ vt extēdat̃ crus: deinde intromittat̃ rotula in locū suum ⁊ si separata fuerit aggreget̃ ꝑus: deinde intromittatur.

De fractura cruris. Ca. xvi.

q

Vando frāgit̃ os paruū cruris est saluiꝰ q̄ȝ si frāgat̃ os magnū. ⁊ qñ frāgit̃ arūdo ꝑua superior ē inclinatio ad ext̃iora ⁊ añ: ⁊ ē ābulatio cū hoc possibil'. ⁊ si frāgit̃ arūdo mag̃ inferior declinat crus ad exteriora. ⁊ qñ frāguntur vtreq̄ȝ arūdines simł: tūc est deteriꝰ. ⁊ tūc qdē accidit cruri inclinatio ad oēs ptes. Et scias ꝙ curatio fracture cruris ē ſm ꝯsiderātionē curatōis adiutorij ⁊ in eiꝰ silr̃itudine ⁊ nō est dispositio cruris in tortuositate q̄ accidit figure sue nāli sic̃ dispositio adiutorij: imo ē rectū: q̄re oportet vt sit extēsio eiꝰ ad hoc vt redeat ad rectitudinem.

De calcanei fractura. Ca. xvij.

c

Alcaneꝰ ē excusatꝰ a fractura ꝓpt̃ duritiez suā ⁊ ꝑ circūdatōez defēsionū. Et plim, eiꝰ qđ accidit ei nō est nisi dislocatio: ⁊ iam dictum est de ea.

De fractura tali. Ca. xviij.

f

Ractura tali est ꝑua ⁊ eiꝰ curatio ē difficil'. Et plīmū qdē frāgit̃ cū cadit hō ex loco lato: qm̄ ꝯterit̃ supiꝰ pedis. ⁊ fortasse accidit cū eo attritio ossis cū cursu sā. ad vētres q coagulatur in eis. ⁊ qñ q̄ȝ ꝑducit ad egritudines magnas ex febre ⁊ ꝑmixtiōe rōnis ex tremore ⁊ spasmo pedis. Cū ergo accidit in eo apostema ꝯgelatū qđ non apparet ⁊ nō egredit̃ ⁊ apparet iam tenebrositas q̄ nō fuit ē signū malū significās ꝙ ē in via putrefactōis. Si aūt ē apa apparēs impellens manū: tūc ē meliꝰ ⁊ fortasse fit facil' eiꝰ eruptio. Et qñ talus restaurat̃: deambulatio est dolorosa sup ipm. ⁊ qñ nō restaurat̃ talus ſm ꝙ oportet destruit̃ iuuamentum.

De fractura digiti pedis. Ca. xix.

c

Vratio eoꝝ in fractura ⁊ dislocatōe ē curatio digitorum manus. Et quandoq̄ȝ restaurator equat eos pede suo calcādo eos cum eo

Expleta est fen. v. li. iiij. quaȝ sequit̃ fen. vi. eiusdē de venenis.

Fen sexta libri quarti de venenis: ⁊ est quinq̄ȝ tractatuum.

Tractatus ꝑmus est de radicibꝰ eius qđ scit̃ de dispositōibꝰ venenoꝝ ebibitoꝝ ⁊ distinctōe sermonis in curatōibꝰ venenoꝝ q̄ nō sunt ex aialibꝰ: Cuiꝰ sūt sūme tres.

Sermo vniuersal' de cautela a venenis q̄ in potu dant̃ ⁊ curatōe eoꝝ. Ca. i.

q

Vi timet ꝙ in potu sumat venenuȝ oportet vt sibi caueat a cib dn̄antiū saporum in acetositate aut salsedie aut acuitate aut dulcedine dn̄antiū odoꝝ. Ipsi eni frāgūt ꝑ illđ qđ ponūt ⁊ odorē eiꝰ. ⁊ oȝ vt nō ꝑntet̃ ei aliqd ex eis q̄ diximꝰ sup famē vehementē ⁊ siti vehementē: vnaq̄q̄ȝ eaꝝ eni occultat illđ qđ oporȝ vt detegat̃ ei ꝓpt̃ vehementiam voracitatis. ⁊ iteꝝ q: cū replet̃ cibo ⁊ potu ⁊ cū in potu sumit venenū: accn̄t veneno duo accidētia. quoꝝ vnū ē ꝙ sepelit̃ in vacuitate eiꝰ quo repletꝰ ē. ⁊ secūdū est ꝙ vene sūt plene: q̄re nō inuenit venenū i eis penetratōȝ: ⁊ fortasse ē in eo sapor rei repugnāt̃ veneno. Et necariū est ei iteꝝ vt ipe sit suscipiēs ſm viā ꝯsuetudis medicias expellētes nocumētū venenoꝝ sicut mithridatū: nā eiꝰ ex

pertum est iuuamentũ: ⁊ sicut ꝯfectio de bolo ar. Et
silr̃ sic⁹ cũ folijs rute ⁊ nucib⁹ ⁊ sale trito. pódera vo
sunt: qm̃ sumant rute sicce partes. xx. nucũ ptes. ij.
⁊ sal' qñqʒ ⁊ ficuũ siccaꝝ ptes. v. Et algeduar est mi‑
rabile in expellẽdo nocumẽtũ venenoꝝ omniũ ⁊ fa
cit fiduciã iterũ. Et ego nó v̓ifico an sint due medici
ne aut vna medicia. Et iteꝝ seis napi pui pód⁹. ʒ. i.
ʒ. decoquaṫ cum vino decocto ⁊ ruta ⁊ sal etiam silr̃
Et necessariuʒ est cauẽti vt nó sit oĩs cautela ei⁹ in ci
bo dato ab alio: aut ꝙ in potu sũit tm̃: qm̃ fortasse
accidit ei vnde nó existimabit: imo qñqʒ ꝯtigit vt ca
dat res maligna sicut lacerta ⁊ rutela ⁊ scorpio i eo
qd̓ decoqtur ⁊ in vasis in quib⁹ est vinũ. Plurima
nãqʒ venenosorũ diligunt odorẽ vini ⁊ currunt ad
ipsum. ⁊ qñqʒ moriũtur in cecubis: ⁊ qñqʒ bibunt
ex eo ⁊ euomũt in ipo. Et propter hoc oportʒ vt ca
ueantur tecta ⁊ qd̓ est sub arboribus magnis ⁊ her‑
bosa loca.

De sermone vniuersali de venenis que bibunṫ.
Capitulum. ij.

Pecies venenoꝝ sũt due. s. faciẽs opatio
nẽ suam cũ q̃litate q̃ est in ipso. ⁊ efficiens
cũ forma sua ⁊ tota substantia sua. Et pri‑
mũ quidem aut est corrodens putrefaciens sicut le‑
pus marinus: aut inflãmans calefaciens sicut eufor
biũ: aut infrigidans stupefaciens sicut opiũ: aut opi
lans vias anhelitus in corpore sicut plumbũ vstum
Efficiens autẽ cũ tota substantia est sicut napellus ⁊
sicut alheleil qd̓ diciṫ esse gũmi napelli: ⁊ sicut cornu
spice: ⁊ sicut fel leopardi ⁊ q̃ sunt illi silia. Et hec sunt
deteriora venena. Et iterũ de venenis sunt que agũt
sup vnũ ⁊ idem membrũ: sicut cantarides sup vesi‑
cam ⁊ lepus marinus sup pulmonẽ. Et de eis sunt
que agunt sup totũ corpus sicut opiũ. Et oẽ quidem
quod interficit cũ permutatõe cõplexionis: aut pu‑
trefactione: aut cũ aduentu sup membrũ: possibile ẽ
vt sit effectus post tempus licet putrefaciens quãto
plus remanet in corpore tãto plus est effectus ei de
terior. Et salus ex eo est cũ resolutiõe accidente ei: ⁊
p illd̓ quod succedit ei per sudorẽ ⁊ similia: aut per
curationẽ contrariam. Et scias ꝙ nocumentũ nar‑
coticorũ in cõplexionibus calidis ex parte est forti⁹
⁊ quecũqʒ duarũ fuerit dominans erit iudiciũ ei: in
quantũ eñi complexio calida in corde resistit eis est
eorũ effectus debilior: ⁊ inquantũ ipsa inueniunt in
corporib⁹ calidis subtiliationẽ substantie sue frigide
grauis ⁊ attractionẽ per virtutẽ motus arteriarum
⁊ attractio earũ est apud constrictionẽ: erit eorũ no
cumentũ in corporibus calidis vehemẽtius ꝑcipue
cũ ipsa sint cõtraria cõplexioni eorũ. Et est simile vt
sit sermo in venenis calidis ille sermo iteruʒ. cõpul‑
sio eñi calida resistit eis cũ expulsione a corde ⁊ resol
uit virtutẽ calidorũ venenorũ: sed arterie cõplexio‑
nis calide attrahunt ea: quare accidit sicut illud. Et
propter illud dixit Gal. ꝙ alfarfas ⁊ existimo ipm
esse napellũ aut venenũ interficiens interficit homi‑
nẽ ⁊ nó interficit turdos qm̃ ipse nó peruenit in tur
dis ad cor nisi post spaciũ in quo iam passus ẽ a cor‑
pore passionẽ post quã nõ remaneṫ nisi passio ꝯuer
sionis cibi. Et in homine festinat ante illud propter
latitudinẽ meatuũ ⁊ vehementiam caliditatis ⁊ vir
tutẽ motuũ attrahentiũ arteriarũ. Et dico ꝙ iste est
modus quidam. Verum proportionalitates iteruʒ
inter v̓tutes agentes ⁊ patientes sunt ex eis q̃ oportʒ
considerari. ⁊ vnde sciãt ꝙ alfarfas sit venenũ p cõ
parationẽ ad complexionẽ latam que est animalis
absolute confirmatur ita vt sit interficiens cũ figitur
in homine nó interficiens cũ nó firmatur in turdis
fortasse eñi alfarfas nó est venenũ per cõparationẽ
ad complexionẽ turdorũ. Et si non cõuerteretur in
cibũ vel nutrimentũ: ⁊ si perueniret ad cor eorum si
cut ipsum peruenit ad cor hominis cũ velocitate nõ
interficeret. Inquit: Et fuit quedam anus suscipiẽs
in principio rei de napello rem paruam: deinde nõ
cessauit vti eo donec assuefacta est eo natura ⁊ auda
cter vsa est eo ⁊ nihil nocuit ei. Et dico hoc: ⁊ dixit
Ruffus ꝙ nutrita fuit puella cũ veneno vt interfice
renṫ p eaʒ reges q cũ ea ꝯuenirẽt: Et ꝙ ipsa in ꝯple
xione sua ꝯsecuta ẽ ꝯsecutionẽ maximã ita vt saliua
eius interficeret animal ⁊ nó appropinquaret ei⁹ sa
liue gallina.

De significatõe specierũ venenoꝝ. Ca. iij.

Ignificanṫ quandoqʒ per ea que eueniũt
in corpore de egritudinibus. Nam si eue‑
nit simile mordicationi ⁊ incisioni ⁊ pun‑
cture ⁊ corrosioni scitur ꝙ venenũ est de genere me‑
dicinarum acutarũ calidarũ mordicantiũ sicut arse
nicum ⁊ almuseum ⁊ argentũ viuũ extinctũ. Et si ac
cidunt inflãmatio vehemens ⁊ exuberatio sudoris
⁊ rubedo oculi ⁊ angustia ⁊ sitis: significat ꝙ est ve‑
nenum propter caliditatẽ tantũ sicut euforbiuʒ. ⁊ si
accidunt profunditas somni ⁊ stupor ⁊ frigus signi
ficat ꝙ venenũ est de genere narcoticorũ. Et si non
apparẽt nisi casus virtutũ ⁊ sudor frigidus ⁊ synco
pis: tunc est de venenis que ꝯtraria sunt reb⁹ cũ tota
substantia ⁊ ẽ deteri⁹ eoꝝ. Et qñqʒ significanṫ p odo
res aut odorẽ corporis totius sicut sensibilitas odo
ris opij in eo qui bibit ipsum: aut odorẽ mẽbri eius
sicut odor oris cũ bibuntur venena putrefacientia
sicut lepus marinus ⁊ alfrafatũ ⁊ cantarides. ⁊ quã
doqʒ significãtur per vomitũ: nam cũ euomitur ve
nenũ non elongatur quin visus cadat super substã‑
tiam eius qd̓ in potu datũ fuit de eo: aut cognoscaṫ
per odorẽ aut per saporẽ sicut visus super lithargi‑
riũ ⁊ gypsuʒ ⁊ super sanguinẽ cõgelatũ ⁊ lac coagu
latũ similiter ⁊ opium cognoscitur per odorem ⁊ le
pus marinus ⁊ rane per abhominabilem saporem
Signa mala: Cum incipit ei qui venenum sumpsit
superuenire syncopis ⁊ permutatur eius pupilla et
occultatur eius nigredo: tunc nó speratur euasio: et
similiter si rubeant oculi eius ⁊ egrediatur lingua
ipsius. Et casus pulsus ⁊ sudor frigidus est signifi‑
catio mala: et in huiuiusmodi dispositione parum
viuit.

De canone curationis eius qui in potu sumit ve
nenum. Ca. iiij.

Portet vt nō moreꝛ: imo ꝑperet cū sentit ipsuȝ anteq̄ȝ virus eiꝰ pambulet i corpore ⁊ bibat aquā tepidā ⁊ oleū sisaminuȝ: aut oleum de oliuis ⁊ euomat ⁊ perueniat in hoc ad vltimū q̄ȝ tū potest. Et melius qdeȝ est vt in ea sit virtus aluminis ⁊ baurach. Et quandoq̄ȝ admiscenꝛ cū oleo litium ⁊ adeps anseris. ⁊ diligiꝛ vt sit illud qđ ipse bibit ad vomenduȝ propter hoc ⁊ alia aqua plurima ⁊ cibi plurimi: ipsi enī licet non euomanꝛ: tamen quandoq̄ȝ frangunt venenuȝ ⁊ superant ipsuȝ ⁊ cum vomuerit qđ possibile ē ei: deinde bibat lac plurimum quoniaȝ ipsuȝ frangit nocumentuȝ veneni. Et non est maluȝ si euomit ipsuȝ iteruȝ vt bibat decoctionē seminis vrtice cuȝ butyro cocto ad expellenduȝ venenuȝ vomendo ⁊ solutioneȝ faciendo: deide bibat lac. Et butyruȝ cruduȝ est melius lacte. Et iteꝝ decoctioneȝ se. lini ⁊ similiter vinuȝ dulce cuȝ adipe anseris liquefacto: ⁊ similiter aquā cineris lignoꝛuȝ vitis Et oportet vt sequanꝛ vomituȝ clisteria proprie qn̄ sentiꝛ descensus lesionis ad inferiora. si autem fuerit commotio supra illud vtaꝛ eo qđ facit vomere ⁊ soluit ⁊ non dimittaꝛ potus lactis. ⁊ si tibi necessarium fuerit vt in potu tribuas ei: verbigratia tyriacā de terra sigillata fac. Ipsa enim adiuuat corpus ad expellendum venenum ⁊ proprie cuȝ in potu daꝛ in principio rei: ipsa enim facit euomere venenum sicut est Cuius discriptio est: Baccarum lau auꝛ. ij. terre sigillate auꝛ. ij. ⁊ ireos conficiaꝛ cuȝ oleo Et sit dosis eius auellana vna. ⁊ iteruȝ carpobalsami isopi sicce se. napi siluestris piperis albi ⁊ ni. piperis longi acori anisi petroselini assari cymini carmeni: se. hyusgami albi omnium ana. auꝛ. iiij. spice floris squinanti amborum ana. auꝛ. v. casie. ʒ. xviij. amomi croci amboruȝ ana auꝛ. vi. conficianꝛ cum melle ⁊ deꝛ i potu quantuȝ ē faba romana. ⁊ sumere i potu terrā sigillataȝ sicut ipsamet est cuȝ vino facit illud. ⁊ existimauerunt quidaȝ ꝙ cuȝ in potu sumiꝛ stercus galli in dispositione statim facit euomere venenuȝ. Et ex eis que in potu danꝛ iteꝝ sunt succus prassij ⁊ folia canne ⁊ celtica semen baucie ⁊ castoreū ⁊ auellane ⁊ ficus ⁊ ruta. Et de illis que laudata sunt in hoc ca. est vt in potu detur galgani fetidi pondus. ʒ. iiij. ⁊ myrrhe. ʒ. i. cuȝ vino dulci. Et quando post vomituȝ accidit inflatio vehemens tunc da ei in potu aquā niuis ⁊ oleuȝ roꝛ. infrigidatuȝ ⁊ oportet vt dormiat omnino ⁊ non dimittat seipsuȝ taliter vt dormiat: imo oportet vt euigilare ipsuȝ faciant omnino ⁊ rideant ⁊ clamēt in circuitu eiꝰ. Cūq̄ȝ manifestaꝛ ei forma ⁊ cognoscitur venenuȝ cureꝛ omne venenū cū eo qđ diciꝛ i suo ca. Et hec qdeȝ manifestatio fit ꝭm duos mōs: quorum vnus est vt cognoscaꝛ cuius generis sit venenū ⁊ secundus vt sciaꝛ cuius speciei ipsuȝ sit. Exempluȝ primi est vt sciaꝛ ꝙ ipsuȝ ē ex icisiuis acutis quare curet ipsuȝ cū eis que sunt sicut lac ⁊ butyꝝ crudū ⁊ seludem currēs factuȝ cū oleo amigdalino aut butyro cocto ⁊ cū oī quod frangit acuitateȝ: aut sciaꝛ ꝙ ē ex inflāmātibꝰ q̄re infrigideꝛ cū cāfora ⁊ aqua roꝛ. ⁊ aqua coriandri ⁊ q̄ sunt similia illis. ⁊ oīa illa sint in frigidata cū niue. ⁊ emplastrenꝛ membra eius principalia cū eis que sunt sicut altahaleb ⁊ alia ⁊ remoueꝛ super ipsuȝ infrigidatio in omni hora. Et ex eis que conferūt huiusmodi valde est lac vaccinū de quo extractū est butyrum ifrigidatuȝ ⁊ si indiget phl'omia phleꝛ: aut sciaꝛ qđ ipsuȝ est ex stupefacientibꝰ quare administrenꝛ ea que sunt sicut tyriaca ⁊ medicamen de assa fetida in vino puro ⁊ similiter alia. Aut sciaꝛ quod est contrariū per substantiā quare cureꝛ cū mithridato ⁊ tyriaca ⁊ medicamine muschi ⁊ bezard: ⁊ vtaꝛ carne ⁊ vino. ⁊ administreꝛ egro aromaticū ⁊ cuenteꝛ locus ad queȝ vadit causa morandi ⁊ iduaꝛ vestibꝰ aromatizatis ⁊ sternutet ⁊ fricet os stomachi eius ⁊ suffleꝛ in os ipsius ⁊ tondanꝛ capilli ipsius. cū auteȝ cognosciꝛ species veneni cureꝛ cū eo qđ ipsi ꝓpriuȝ est de illis que dicemus. Et ad sūmū ex medicinis que bibunꝛ causa venenoꝝ: aut queriꝛ confractio acuitatis veneni: aut resolutio substantie eiꝰ sicut ex lacte ⁊ albezahar: aut queriꝛ per eas exitus substātie eius sicut per terram sigillatam: aut queriꝛ oppositio qualitatis eius sicut potare alleum in vino ad illum quem pupugit scorpio.

De medicinis cōmunibus ad venena. Cap. v.

Sunt medicine que contrarie sunt veneno: q̄re non permittūt ipsuȝ peruenire ad cor: ⁊ sūt sicut tyriaca ⁊ mithridatuȝ ⁊ albezahar ⁊ que sunt experta ⁊ terra sigillata ⁊ tyriaca facta ex ea ⁊ tyriaca diatesseron. Et dixerunt quidam ꝙ flos oleandri ⁊ folia eius liberant a veneno. Et diciꝛ ꝙ granis iuniperi in hac re non est par: ℞. aniudem ⁊ radicis eius amborum ana. ʒ. i. ⁊ sceha armene. ʒ. ij. conficianꝛ cuȝ melle ⁊ deꝛ in potu cuȝ aqua maloꝝ. Et medicamen ex eo factum est vltimuȝ. Et radix buchormarem quando potaꝛ cuȝ vino ⁊ calamento iteruȝ. ⁊ semen napi. Et iteruȝ agarici. ʒ. ij. cuȝ vino ⁊ capilli veneris ⁊ malue ⁊ semen eius ⁊ folia ipsius ⁊ cinamomuȝ ⁊ medulla leporis cuȝ duabus. ℥. aceti de vino. aut de castoreo auꝛ. i. cum. ℥. ij. olei oliue. ⁊ abrotani. Et iteruȝ sumaꝛ aqua alhasce expressa ⁊ đtur in potu: ⁊ semen baucie proprie cretensis ⁊ assa ⁊ decoctio polij ⁊ decoctio siseleos. Et semen arboris mirabile est. Compositum: ℞. se. napi siluestris ⁊ castorei ⁊ foliorum arundinis omniuȝ an̄. partem. i. pulpe collo. triplum omniuȝ: deꝛ in potu ex ea auellana magna. Et res quarum operationes proportionantur cum proprietatibus in eis sunt sicut illud qđ dixerūt ꝙ caro damule siluestris mūdificata salita ē đ fortioribꝰ medicinis ad expellenda venena.

Summa prima de venenis congelatorum ⁊ mineris ⁊ alijs.

De lapide armeno. Cap. i.

Dixerunt quidam hominum ꝙ in lapidibus est lapis venenosus similis corallo ⁊ ꝙ pondus sexte. ʒ. i. ex eo est interficiens. Et inuenimus ipsum in venenis veris que operantur tota substantia sicut napellꝰ. Et dixerūt ꝙ cura eiꝰ ē cura napelli. ⁊ medicie magis iuuatiue sꝛ albezahard.

De argento viuo ⁊ eius cura. Cap. ij.

Argentū qḋ viuū plurimi q bibunt nō leduntur eo. Egredit̄ enī cū dispositione sua per inferiorem regionem. At vero ei in cuius aure fundit̄ argentū viuū accidunt dolor vehemens ⁊ cōmixtio rationis: ⁊ quandoqꝫ perducit ad spasmū ⁊ sentit grauedinē vehementē illiꝰ lateris. Et quandoqꝫ pducit ad epilepsiā ⁊ apoplexiā propter lesionem cerebri cum frigore eiꝰ ⁊ cōmotionem ⁊ pmutationē ipsius. Extinctū aūt ⁊ sublimatū vel subtiliatū est malū nociuū incisiuū ex quo accidunt accidentia similia accidentibꝰ eiꝰ q bibit lithargyriū ex punctura ⁊ tensione intestinoꝝ ⁊ deambulatiōe sanguinis ⁊ grauitate lingue ⁊ grauedine stōachi. ⁊ apostemat̄ corpꝰ eiꝰ ⁊ retinet̄ vrina ipsiꝰ. Cura: De bona curatione post vomitū ⁊ ea que currūt cursu eiꝰ est vt i potu det̄ de medicinis que sunt sicut myrrha pondus. ℨ. iij. in vino: ⁊ tribuat̄ i potu cū aqua mellis vice vna post aliā. Et iteꝝ fiat clistere cum ea cū baurach: deinde consequenter post illud adhibeat̄ curatio rasure: ⁊ clistere eiꝰ cū confortatione cordis iteꝝ cū medicinis cōmunibꝰ. Cū aūt est effusū i aur̄ oportet tūc vt surgat sup pedē vnū ⁊ saliat sup partē illā cū inclinauerit caput suū q̄ȝ plurimū possibile ē ei declinare ⁊ ꝓprie cū suspendit̄ p manū que ē in latere alio ab aliqua re. ⁊ similiter quando cōmouetur sup illā partē. Et ille q vult colligere ipsū cū radio plūbi intromisso in aure ⁊ inuenit argentū viuū cū eo suspēsū ē errans: quoniā argentū viuū quādo est in illo loco ⁊ q propinquꝰ ē ei non indiget patiens nisi vt concutiat̄ ⁊ saliat tantum. ⁊ si fuerit profundius q̄ȝ in illo loco non fit iuuamentum per illū stilum ⁊ non peruenit ad ipsum.

De lithargyrio ⁊ limatura plumbi ⁊ cura eorum. Capitulum. iij.

Accidit ei q bibit lithargyriū vt apostemet̄ corpꝰ eiꝰ ⁊ grauet̄ lingua ipsiꝰ ⁊ retinent̄ eiꝰ vrina ⁊ stercꝰ. ⁊ fortasse non retinet̄ stercꝰ: imo superfluit fluxus ventris eiꝰ ⁊ sentit grauitatem in stomacho suo ⁊ suis intestinis ita vt quandoqꝫ egrediatur anꝰ ⁊ perueniat ad rasurā ⁊ fit in supremo eiꝰ inflatio ⁊ exit in ventre eiꝰ quasi glandula lapidea ⁊ fit color eiꝰ plumbinꝰ ⁊ constringit̄ anhelitꝰ ipsiꝰ ⁊ fortasse prefocat̄. ⁊ quandoqꝫ accidūt cū eo accidentia ileos ⁊ fit color corporis sicut color plūbi ⁊ similiter limatura plūbi. Cura eiꝰ. Oportet vt succurrat ⁊ incipiat̄ cū curatione cōmuni ex vomitu ⁊ sit cū aliquo i quo sit aptio sicut decotio seminis apij ⁊ ficꝰ ⁊ aneti ⁊ baurach. Et oportet vt in potu dent̄ myrrhe. ℨ. iij. in vino. aut det̄ in potu spica romana cū fimo columbe pascentis cū vino q̄m ipse curat. Et oꝫ vt i potu tribuat̄ absynthiū ⁊ isopꝰ aut semen apij aut pip proprie: totū illud cū vino. aut pondus. ℨ. i. myrrhe cū pondere medie. ℨ. piperis donec sudet. Et dent̄ in potu sex siliq̄ scamonee in aqua mellis. Et cibi eiꝰ qbꝰ oportet ipsū assidue vti sint alessid abegi facta ex carne agni. Et signū sanitatis eiꝰ est q̄ soluit̄ natura ⁊ prouocat̄ vrina. Et ad vltimū indiget aperitiuis cognitis prouocatiuis ⁊ solutiuis

De potatione ceruse ⁊ cura eius. Cap. iiij.

Onfectio de hiacyntho noſtra. Hec ē cōfectio noſtra quam expti ſumus in regib⁹ ⁊ eoruʒ ſimilibus: ⁊ cognouimus in ea iuuamentum maximū ꝑprie in egritudinibus alguesgues ⁊ alguesſet ⁊ pulſu cordis ⁊ debilitate cordis. ⁊ iam eradicauit de eis egritudines antiquas in q̄bus non conferūt curationes ⁊ inuenimus in ea iuuamentum maximū in egritudinibus cerebri ⁊ ſtomachi ⁊ epatis ⁊ ꝑprie ſplenis ⁊ colica: ⁊ valet ad dolores iuncturarū ⁊ febres antiquas: cuius deſcriptio. ℞. fracture hiacynthi ⁊ ꝑprie rubee granate et ei ſimiliuʒ pondus aur.i. que ponatur in inſtrumēto terendi ⁊ incipiatur eius contritio cum facilitate ſubtiliter ut alteretur: deinde ponatur in tabula ⁊ ꝑparetur ſuper eam ad terendum ⁊ ſumatur lapidis aluminis pondus.ʒ.i. halakic alſ alchie pōdus.ʒ.i. ⁊ auri liq̄ti in crucibulo ſuo linito cū lithargyrio donec auruʒ fiat ſicut vitrū ⁊ teratur pondus tertie ʒ.i. ⁊ argenti vitreati cum odore ſtanni pondus ſexte.ʒ.i. ⁊ fiat cum vnoquoq; eorum de contritione ⁊ puluerizatione illud quod fit in hiacyntho: deinde ſumatur ſumma eorū ⁊ pijciatur in tabulam vitreā ⁊ inuoluatur in vino odorifero ⁊ teratur donec exſiccetur: ⁊ teretur donec fiat puluis ſubtiliſſimus: deinde ſumatur ⁊ reponatur. ſit ergo ſūma pars.i. deinde ſumatur agarici ⁊ epithymi ⁊ pipis ⁊ zinziberis ⁊ gariofiloꝝ ⁊ ſanſuci oium ana pars.ʒ. ⁊ ſumatur lapidis armeni ⁊ lapidis azuli ⁊ ſalis naptici et zedoarie ⁊ doronigi ⁊ been ⁊ lingue bouis omniuʒ ana tertia ptis.i. deinde ſumatur ſpice celtice ⁊ ē nereiden: ⁊ amomi ⁊ acori ⁊ folij ⁊ cinamonii ⁊ origani ⁊ aſſe ⁊ iſopi ⁊ cymini omniū ana quarta ptis.i. deinde ſumatur pulegij ⁊ petroſelini ⁊ lapidis iudaici ⁊ ſeminis apij ⁊ myrrhe ⁊ olibani ⁊ croci ⁊ piperis albi omniū ana ſexta partis.i. ⁊ ſumatur oſſium elephantis tertia partis.i. tere ergo omnes has medicinas ⁊ ꝑprie ſuper has calcem lapidū ⁊ tere ⁊ cōfice cum melle emblicorum quod ſit pondus dupli eorum ⁊ fac trociſcos aur.i. ⁊ da in potu.

Onfectio alia de medicinis Gal. que cōfert egritudinibus canne pulmonis ⁊ vlceribus pulmonis ⁊ ſputo ſanguinis ⁊ puris ⁊ ſaniei attracte ad pectus ⁊ difficultati ſputi: cuius permixtio. ℞. gūmi albotin aur.iiij. croci aur.iiij. olibani aur.iiij. myrrhe aur.iiij. radicum lilij excorticatarum aur.iiij. granoꝝ pini magni aur.iiij

spice scemi au.ij.ʒ.cassie nigre au.ij.dragagā.au.iij carnis dactiloꝝ scemi aure.iij.crete semiꝰ q̄ d̄ī stella auṝ.iiij.galbani clari mūdi auṝ.xxx.costi aur.iiij.⁊ inuenimꝰ in descriptōe alia auṝ.i.mell' boni cotilas iiij.decoq̄ṫ mel ⁊ gūmi albeti in vase duplici.cūq3 ꝑuenit ad terminū spissitudis tunc ꝑmisce cū eo galbanū ⁊ decoque ipm donec ꝑueniat ad terminū:videlicet vt cū de eo distillaṫ stilla vna nō dilateṫ:⁊ ꝑmisce ipsum ⁊ vtere.

c Onfectio que pertinet arostomacis mirabilis ad sputum sanguinis vt vlcus pulmonis ⁊ saniem eius collectā ⁊ apostema ipiꝰ ⁊ corruptionē lacerti ⁊ vomitū cibi ⁊ coliricam passionem ⁊ fluxum ventris ⁊ lacerium vesice ⁊ prefocationē matricis ⁊ febres habentes paroxismos data in potu añ horā ꝑ horā vnā ⁊ extenuatōꝫ ⁊ malitiā cōplexionis ⁊ venena ebibita ⁊ ex percussione euenientia. Cuiꝰ permixtio:℞.nereiden costi galbani castorij opij melanopiperis ⁊ macropiperis ⁊ storacis omniū ana ℥.i.mellis kist.i.tere medicinas siccas ⁊ cribella.galbanum vero decoque cum melle donec liquefiat ⁊ cum liquescit tūc cola ipsum ⁊ funde super ipsum medicinas ⁊ pone in vase vitri aut vase argēti ⁊ de ea da in potu quantum est faba egyptiaca cū aq̄ mell' q̄ntitate duoꝝ cadoꝝ ⁊ distilla super ipsam digitis tuis de oleo sisamino guttas tres.

c Onfectio que cōparatur ad canabitis extrahens arenam in vrina ⁊ reliquas materias vlcerum: Cuius permixtio:℞.radicū auṝ.iiij.siseleos camedreos fenichia iypericō ⁊ est foliū alkemeleon hayf ⁊ est semen alkanabotis oium añ.auṝ.iiij.amomi auṝ.viij.cynamomi auṝ.xij.sileris montani spice inde croci fanalanfin semis apij mōtani polij se.rute siluestris pulegij cretensis oiuꝫ ana pōdus illud idē: radicis ligritie lapidis scemi masculi,⁊ femine omniū ana auṝ.xvi.nasturtij babilonici aur.xxxiiij.seminis agnicasti faradie amboꝝ ana auṝ.xxiiij.cordumeni auṝ.xlviij.ꝯficiantur cū melle decocto ⁊ detur de eo in potu q̄ntitas auellane cum sirupo mellino cōmixto quātitate quatuor cadorum.

a Rs medicine de gentiana valens ad duritiem ⁊ opilationē ⁊ dolorē epatis ⁊ splenis ⁊ febrē antiquam. Cuius permixtio ē vt sumatur gentiane ⁊ piperis amboꝝ ana pōdᵒ.ʒ.x.⁊ dactiloꝝ alborum siccoꝝ ⁊ folij ⁊ spice ⁊ aristologie longe omniū ana ℥.i.tere ⁊ puluerica ipsa:et ꝯfice ea cū melle dispumato ita vt fiat in loco mellis spissi:cuius dosis sit pondus.ʒ.i.cum aqua rute decocte.

a Rs medicine que nominatur donū dei et fuit inuenta in thesauro regis ⁊ dixerūt ꝙ ꝯfert podagre ⁊ hemorroidibꝰ ⁊ corruptōni ani ⁊ frigoribus ⁊ facit appetere cibū ⁊ coitū ⁊ ꝓuocat ⁊ ꝯseruat sanitatē q̄n bibiṫ in tēpore veris aut hyemis tribꝰ mensibꝰ in omni die veneris ois mensis: Cuius ꝑmixtio est vt sumatur myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ acori aristologie longe ⁊ rotūde ⁊ secacul ⁊ heil ⁊ cardamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ camemille ⁊ zinziberis ⁊ sisami nō excorticati oiuꝫ añ.pōdꝰ ℥.vi.⁊ nuc' muschate ⁊ spice ⁊ turbit albi ⁊ meu ⁊ fu ⁊ dauci ⁊ assari ⁊ seminis apij mōtani ⁊ euforbij omniū ana pōdus.℥.ij.⁊ almene ⁊ est amеos ⁊ medulle citri ⁊ se.porri ⁊ tuderi albi ⁊ papaueris albi ⁊ zedoarie ⁊ doronigi ⁊ venarū ligritie ⁊ amōi ⁊ piretri ⁊ spodij ⁊ siseleos ⁊ asse fetide ⁊ cyminī ⁊ cynamōi ⁊ cassie ide ⁊ tapsie ꝑsice ⁊ alchatamō ⁊ vsnee ⁊ ciperi ⁊ radicis nenufar' ⁊ macropipis ⁊ calami aromatici ⁊ castorei oiuꝫ ana.℥.iiij.⁊ corticuꝫ radicis apij.℥.viij.⁊ scorie ferri mūdate trite nutrite tribus hebdomadis.s.hebdomada vna cū zuccaro ⁊ hebdomada cū aq̄ ⁊ melle ⁊ hebdomada cum aceto:deinde incipe ⁊ infunde eam vno die in aceto deinde conuerte eam in mane ad zuccarum ⁊ tertia die conuerte eam ad aquam mellis ⁊ ita fac illud de ea tribꝰ hebdomadis f̄m hūc modū:deinde sicca eam in vmbra ⁊ tere eam donec fiat sicut alcohol et tere reliq̄s medicias ⁊ puluerica eas ⁊ cribella ipas deinde pōdera de medicinis ꝑtes.iij.⁊ de scoria ꝑtē vnam:deinde inuolue eas ex butyro vaccino bono ⁊ ꝯfice cū melle bono ⁊ pone cū eo de penidijs pondus scorie:deinde liquefac penidios ⁊ funde eos de super cū melle donec fiat in loco mell' spissi:deiñ pone eam in vase viridi nouo mūdo ⁊ liga caput eiꝰ et sepeli ipm in ordeo sex mēsibꝰ ⁊ da ipaꝫ in potu:cuius dosis sit sicut galla i mane in ieiuno ⁊ nō comedat aliqd donec tres hore diei ꝑtereant:deiñ comedat ⁊ rege ipꝫ regimie eq̄li ⁊ fugiat ab eo nauseatiua satietas ⁊ preparatō ⁊ reliq̄ ex quibꝰ timeṫ ei nocumentū. Quidā aūt medicoꝝ existimauerūt ꝙ hec medicina effugat malitiā veneni ꝑnitiosi ⁊ facit possidere sanitatem.

m Edicia ꝯfecta q̄ ꝯfert debilitati epatis ⁊ torsioni ⁊ sputo san.℞.balaustiaꝝ ⁊ san.dra.⁊ folioꝝ alasif ⁊ aluminis iameni añ.ꝑtem vnā:tere ea ⁊ puluerica:⁊ decoque ipsa ⁊ cola aquā eius ⁊ da ipsam ad potandum tepidā q̄m bona est.

c Onfectio kiume medici q̄ fac ad corruptōnē ꝯplexionis ⁊ apāta epatis ⁊ ꝯfortat stomachū ⁊ clarificat colorē: Cuiꝰ ꝑmixtio ē vt sumanṫ myrobalanoꝝ ⁊ alkegi amboꝝ añ.pōdᵒ ʒ.xxv.ʒʒ.cynamomi añ.ʒ.x.pipis albi pōdꝰ ʒ.xxiiij ⁊ altalassir pōdus.ʒ.iij.⁊ galange pōdꝰ.ʒ.x.⁊ neremisch pōdus.ʒ.vi.⁊ succi absinthij.ʒ.v.⁊ vini cocti ⁊ almeisus q̄ntitas q̄ ꝯficianṫ medicine:tere medicinas ⁊ puluerica eas ⁊ ꝯfice eas cū vino ⁊ almeisus ⁊ fac de eis pillulas similes piperi:⁊ sit dosis eius.ʒ.ij cū aqua tepida.

c Onfectio cognominata imperialis q̄ confert ad difficultatem vrine ⁊ dolorē dorsi ⁊ debilitatē renū ⁊ frangit lapidē.cuiꝰ ꝑmixtio:℞.semi.papaueris ⁊ se.porri ⁊ se.aneti ⁊ se.apij ⁊ se.lilij ⁊ se.lactuce ⁊ se.endiuie ⁊ semis portulace ⁊ been albi ⁊ rubei ⁊ lingue auis ⁊ se.alkerua ⁊ kesile ⁊ se.assiehesabrē ⁊ se.sansuci ⁊ se.kekilie ⁊ pipis ⁊ turbit ⁊ granoꝝ nasturtij ⁊ se.maru ⁊ vsnee ⁊ ammonia

ci ⁊ floꝛis ſquinanti ⁊ ſe.napi ⁊ dꝛagagãti ⁊ ſe.hyuſquiami albi ⁊ oꝛigani ⁊ zarub ⁊ ſeleniati ⁊ granoꝝ nil ⁊ coſti ⁊ carui ⁊ pſilij ⁊ ſauine ⁊ enule ⁊ olibani et ſe.merſulẽ ⁊ caſſie ⁊ ſe.lini ⁊ ſalis indi ⁊ ſe.rute ⁊ ſe. alkckengi rubei ⁊ albi ⁊ cymini carmeni ⁊ cynamomi ⁊ ſe.felẽgemiſk ⁊ mugath ⁊ ſene de mecha ⁊ hermodactiloꝝ ⁊ epithimi ⁊ aniſi ⁊ ſemi.ſulle ⁊ ſirachs gnoꝝ ſol oiuꝫ añ.ʒ.iiij.tuderi albi ⁊ rubei ⁊ ameos ⁊ zedoarie ⁊ kinau ⁊ ſe.fenicli ⁊ cynamomi ⁊ myrobalanoꝝ citrinoꝝ ⁊ kebuloꝝ ⁊ ſe.harmel ⁊ granoꝝ myrti ⁊ ſynapis ⁊ canabis ⁊ ſiſami excoꝛticati ⁊ ſenugreci ⁊ ſe.bancie oiuꝫ añ.ʒ.v.ſecacul ⁊ zinziberiſ amboꝝ ana.ʒ.iiij.kie ⁊ pipis al. ⁊ gariofili ⁊ ſpice ⁊ floꝝ alcanne ⁊ piretri omniũ.ʒ.i.ſ.ſcamonee pódꝰ tertie.ʒ.i.ſe.melonis ⁊ ſe.melonis lógi amboꝝ ana. ʒ.x.olei ſiſamini.ʒ.xl.mellis lb.ij.doſis integra.ʒ.ij cum aqua tepida.

c

Confectio quam narrauit aſaimeri ⁊ dixit ꝙ eſt expta q̃ eſt ↄueniẽs paliſi ⁊ toꝛture et mollificationi ⁊ reliqs egritudinibꝰ q̃rũ radix eſt phlegma de q̃ ſumat̃ ſm q̃ntitaté quá tolerat eger: ⁊ ſi liniat̃ ex ea mébꝝ mollificatũ iuuat. Cuius ꝑmixtio: ℞.opij ⁊ eufoꝛbij ⁊ caſtoꝛei ⁊ cynamomi ⁊ macropipis ⁊ hyuſquiami albi ⁊ ſpice ⁊ zinziberis ⁊ croci oiuꝫ añ.ptes eq̃les: tere ⁊ cribella ⁊ ↄfice cũ melle diſpumato ⁊ pone in vaſe vitreo ⁊ vtere cũ neceſſe fuerit

c

Confectio impiguatiua nr̃a expta: ℞.mugath ⁊ nucl enden ⁊ been ⁊ zedoarie ⁊ dragaganti ⁊ ſe.papaueris ⁊ karabe oiuꝫ añ. pódꝰ.ʒ.iij.tere ⁊ pulueriça ⁊ frige cũ butyro frixióe leui ⁊ ꝑmiſce cũ duabꝰ eminis pñis ſanih triti ⁊ emina vna zuccari menſurata cũ emina pña: deinde ſumat̃ oi die pódꝰ ʒ.xx. ⁊ decoq̃tur cũ duabꝰ libꝛis lactis ⁊ ꝓijciat̃ deſup de butyro q̃ntũ neceſſe eſt ⁊ ſoꝛbeatur qm̃ bonũ eſt.

Explicit tractatus ꝑmꝰ incipit ſecũdus de hieris

b

Jera eſt nomen ſolutiui rectificãtis: ⁊ huiꝰ qdẽ interpꝛtatio ⁊ expoſitio ẽ medicina diuina: Et ꝑmũ qdem ſolutiuũ de cognitis fuit hiera ruffi ⁊ antiqtus nó cadebat nomẽ hiere niſi ſup hanc deinde noiate ſunt alie eo: ⁊ nó d̃r medicina diuina niſi q2 actio ſolutiui eſt res diuina ſaluans ex virtutibus ſue nature. Et antiquitus qdẽ nó fuerũt date in potu hiere niſi qm̃ medici timebant ex malitijs ſolutiuoꝝ ſimpliciũ ſicut pulpe collognitide ⁊ helleboꝛi ⁊ alioꝝ. Et cũ volebãt vti eis ꝑmiſcebãt ea cũ faciẽtibus penetrare ⁊ rectificãtibꝰ ⁊ bezahard donec aſſuefacti ſunt in vſu eoꝝ. Poſtea edomiti ſunt in eis ⁊ acceperũt ſuccũ eoꝝ: deinde auſi ſũt in eis adeo donec acceperũt ea ſicut ſũt in pillul̃. Sciat ergo medicus ꝙ hiere magis ſũt ſalue q̃ȝ decoctiones ⁊ pillule. Et nó dimittũtur ꝓpt̃ malitã ſuam, imo propter ea q̃ excuſant ab eis ꝓpt̃ ↄſuetudinẽ malam. Et qm̃ ipſe nó trahũt ex lóginquo ſicut decoctiones ⁊ pillule. Et doſis de hieris eſt vſq3 ad.xiiij.aure. Et q̃nq3 ꝓijciũt ſup eas ſaltẽ maſſe. Et magis ↄueniẽs cũ quo in potu dant̃ eſt aq̃ epithimi cũ paſſul̃ mundatis ꝓpe ſm deſcriptóez quoꝛũdã eoꝝ. Qd ℞. epithimi.ʒ.iiij.paſſularũ mundatarũ.ʒ.x.myrobalanoꝝ nigroꝝ mũdatoꝝ.ʒ.i.ſticados.ʒ.iij.aque lb. iiij.aniunden mundati lb.ſ.detur ad potandum in ieiuno. Et conſequenter detur ſeminis altee.ʒ.i.ſeminis citroli.ʒ.ſ.cum pauco oleo nucis ⁊ aqua tepida. Et cibus tribus diebus ſit zirbabegi cuꝫ aqua cómixta.

b

Jerapicra.ſ.amara: Hec ẽ hiera de aloes ⁊ aſſociatur ei cynamomum pꝛopter ſubtilitatẽ ſuam ⁊ iuuamẽtũ qd facit viſceribꝰ ⁊ ſtomacho ⁊ maſtix ſilr ⁊ vt ↄſuet: ⁊ ſilr caſſia ⁊ crocus pꝛopter digeſtionem ⁊ confoꝛtationem coꝛdis ⁊ ſtomachi. Et foꝛtaſſe crocus facit incurrere in ea doloꝛem capitis: quare opoꝛtet vt minoꝛetur pondus eiuſ aut expellatur: ⁊ aſſarum quoniam ineſt ei adiutoꝛium ad ſolutionem faciendam ⁊ pꝛecipitationem humiditatũ. ⁊ quandoq3 ponũtur loco eiꝰ cubebe ⁊ ſunt ſubtiles ⁊ carpobalſamus ⁊ xylobalſamus pꝛopter confoꝛtationem ſtomachi ⁊ reſolutionem albezaharati. Et de hominibus ſunt quidam qui ponunt in ea floꝛem ſquinanti: quare pꝛohibet raſurã que timetur ex aloe: ⁊ roſas vt expellãt malitiam caliditatis aloes a ſtomacho ⁊ capite. et quandoq3 fermentatur cum tanto melle quantum eſt. ⁊ quãdoq3 eſt ſicca non fermentata. ego vero in foꝛmo de ipſa pulueriçata trociſcos cũ aq̃ bdellij ⁊ exſicco eos in vmbꝛa ⁊ vtoꝛ eis. nã inuenio illud magis vltimũ q̃ȝ aliud: ⁊ foꝛtaſſe bdellium eſt fere ps.i. Et antiqui quidem diuerſificati ſũt in quantitate rectificationis aloes. Sunt eni de eis quidam qui ponunt pondus medicinarum ſextuplum ponderis aloes: ⁊ de eis ſunt qui octuplum addunt ⁊ minuũt Et iterũ q̃nq3 accipiũt ipm ex abluto qd eſt debilꝰ ſoluens ⁊ magis ↄueniẽs calefacto ⁊ febꝛienti ⁊ nó dant ipſum in potu omni febꝛienti: imo ei cuiꝰ febꝛ eſt leuis. Et de eis ſunt qui accipiũt de aloe nó abluto ⁊ eſt foꝛtiꝰ ſoluens ſ3 eſt magis nocumentũ febꝛiẽtibus q̃ȝuis de eo ſumant in potu qdã ⁊ nó noceat eis. Et hiera quidẽ nó eſt res feſtinans in ſolutione: imo eius ſolutio fit cũ facilitate ⁊ paulatim ⁊ cuꝫ tarditate: ⁊ foꝛtaſſe efficit opationẽ ſuam in die ſecũdo. ⁊ non eſt iterum eius ſolutio cum attractione ex lóginquo: imo non ſoluit niſi illud cui obuiat ⁊ cui ↄmiſcetur ex ſtomacho ⁊ inteſtinis. ⁊ longinquioꝛ terminus ſue attractionis eſt ps epatis abſq3 venis

Deſcriptio autẽ cognita vniuerſitatis. ſt hec deſcriptio que confert ad humiditates generatas in capite ⁊ ſtomacho ⁊ doloꝛes iũcturarũ ⁊ colicaꝫ ⁊ toꝛturam ⁊ grauitatẽ lingue ⁊ mollificationẽ mébꝛoꝝ cuiꝰ hec ẽ ꝑmixtio: ℞.maſticis ⁊ cynamomi ⁊ aſſari ⁊ ſpice ⁊ carpobalſami ⁊ croci ⁊ xylobalſami ⁊ caſſie oiuꝫ añ.pódꝰ.ʒ.i.aloes ſublimis duplũ medicinarũ. Tere ⁊ cribella ⁊ ſit doſis integra.ʒ.i.cũ melle ⁊ aqua tepida.

Jeralogodion. Hec confectio ē bn̄dc̄a plu
rimi i iuuamēti mūdificās corp⁹ ab vltimis
extremitatibus suis cū solutōe in q̄ nō ē labor oiuz
humor̄ τ supfluitatū τ ꝯfert ad egritudīes capitis
τ dolorē τ emigraneā τ cephaleā τ ouū τ galeā τ 𝔡
tiginē τ alguesgues τ maniā τ epilepsiā τ timorē et
palysim τ mollificatiōez: imo ad apoplexiā. τ totū
illud accepta i pulaere sicut dictū ē de scelithe τ est
melior illo plim: τ cōfert ad dolores auris τ oculi:
τ ꝯfortat stōm τ aperit opilatiōes epatis τ ꝓuocat
mēstrua: τ remouet difficultatē anhelitus τ confert
ad q̄rtanā τ oēs passiōes phlegmaticas crudas et
febres antiquas τ valet ad dolores iūcturarū τ po
dagrā τ venā sciaticā. Et est vtilis ad tyriā τ alopiti
am τ vlcera antiq̄ in capite τ alia τ ad baras τ mor
pheā τ ipetiginē, τ excoriat iōnē τ leprā τ ad scrofu-
las τ apata frigida τ cancros cuius hec ꝑmixtio. ℞
pulpe colloquintide. ʒ.v. cepe squille assate τ agari
ci τ scamonee τ hellebori nigri τ āmoniaci τ scorde
on oium an̄. ʒ.iij.ʒ. τ in descriptiōe alia: oiuz ana. ʒ
ij.ʒ. epithimi τ camedreos τ bdellij τ aloes oium
ana. ʒ.iii. hasce ipericō τ folij indi τ prassij τ polij τ
cassie τ melanopiperis τ leucopi. τ macropiperis τ
croci τ cinamomi τ oppopōaci τ polypody τ sera
pini τ castorei τ myrrhe τ petroselini τ aristologie
longe τ succi absynthij τ euforbij τ spice τ amomi
τ zinziberis oium ana pōdus. ʒ.ij. gentiane τ stica-
dos an̄. ʒ.i.ʒ. mellis quātū sufficit dosis itegra aur.
iiii. cū aqua tepida τ melle aut cū decoctione ēpithi
mi τ passularū enucleatarū.

Jeralogodiō ꝑm descriptionē filagrij. ℞.
pulpe colloquītiō τ croci τ āmōiaci τ corti
cū hellebori albi: τ scamonee τ ipericō om
niū an̄. aur. x. epithymi τ polypodij τ bdellij τ alo
es τ camedreos τ prassij τ cassie oium ana aur. viii
macropi. τ leucopi. τ melāopi. τ cinamomi croci τ
oppopōaci τ serapi τ casto. τ petroselini τ arist. lō.
oium ana aur. iiii. cōficiatur cū melle dispumato: τ
sit dosis aure. iiii. aut. iii. ꝑz virtutē cuiusq3 hois cū
mellis τ sale.

Jeralogodion ꝑm descriptiōem pauli: ℞.
pulpe collogntide aur. xx. cepe murisassate
τ agarici τ āmoniaci τ corticū hellebori ni-
gri τ scamonee τ ipericon oium an̄. aur. x. polypo
dij τ epithimi τ bdellij τ aloes τ camedreos τ pras
sij τ cassie oium aur. viij. myrrhe τ oppoponaci τ se
rapini τ petroselini: τ triū piperū τ cinamomi τ cro
ci τ castorei τ aristologie longe omnium ana. aur.
iiii. mellis quantū sufficit.

Jera ruffi faciēs ad cholerā nigrā τ phlā τ
alopitiā. ℞. pulpe colloquītide aure. xx. ca
medreos aur. x. serapini τ oppopōaci ambor̄ an̄.
aure. viii. seminis apij montani aur. v. aristo. ronū.
aure. v. piperis albi τ nigri ambor̄ ana aur. v. cin-
namomi aur. iiii. cassie aur. viii. sticados τ croci po
lipodij τ polij τ mirrhe oium ana aur. iiii. infunde
myrrhā cū vino τ tere medicinas τ confice cū mel-
le dispumato: τ pone in vase τ vtere cuz necesse fue-
rit. Et in descriptione alia. ℞. pulpe colloquintide.
ʒ.xx. aloes scotrēsis pondus. ʒ.v. galāge. ʒ.x. came
dreos. ʒ.xx. serapini τ oppoponaci ambor̄ ana. ʒ.
viii. aristolo. rotūde τ petroselini τ piperis albi τ ni
gri oium ana. ʒ.v. spice τ cassie τ cinnamomi τ cro
ci τ zinziberis τ myrrhe τ polij omniū ana aure. ij.
Et inuenimus additū in descriptione alia relanū ad
hoc quod est in suriamati de medicinis camepithe
os τ agarici τ prassij oium ana. ʒ.x. conficiatur cuz
melle τ sit dosis eius pōd⁹. ʒ.iiii. cuz aqua calida τ
melle τ sale in ieiunio post abstinentiam.

Escriptio vniuersitatis hiere archigenis q̄
confert omni egritudini generate ex phleg
mate crudo τ non crudo τ melancolia τ vi
tio aque in oculo τ dolori capitis τ facit ad vertigi
nē τ epilepsiā: τ valet ad inceptionē egritudinū vi-
sus τ raucedinē humidā τ dolores gutturis τ diffi
cultatem anhelitus τ spasmū τ exituras ex materijs
grossis: τ confert ad aquā citrinā τ scabiē. τ quādo
q3 datur in potu parūper ꝓpter dolores stomachi
τ ventris τ matricis cū decoctione rute. τ quādoq3
ponit in ea castorei parū scz vsq3 ad siliquas .iii. τ
ad dolorē dorsi τ metue τ ad venā sciaticā τ ei simi
lia cū aqua centauree: τ permiscentur cū ea succus
cucumeris asinini τ colloquintide silique. iiii. in aq̄
abrotani τ datur in potu ad morsū canis rabiosi: τ
facit securitatē a timore aque precipue cū pondere
ʒ.i. de adustione cancri fluuialis. cuius hec ē ꝑmi-
xtio. ℞. pulpe colloquintide. ʒ.xxij. prassij τ stica-
dos τ hellebori nigri τ camedreos τ scamōee τ leu
copiperis τ macropiperis omniū an. ʒ.ij. cepe mu
ris assate τ euforbij τ aloes τ croci τ gentiane τ pe-
troselini τ āmoniaci τ oppoponaci oiuz an̄. ℥.i. po
lij τ cinamomi τ serapini τ myrrhe τ spice τ squinā
ti τ calamēti montani τ aristologie rotunde oium
ana. ʒ.ii. mellis quantum sufficit, τ sit dosis aur. iiij.
cū decoctione epithymi τ passularum mūdataruz

Jera archigenis descriptiōe pauli. ℞. pras
sij τ agarici τ camedreos τ pulpe colloqui
tide τ sticados omniū ana pondus aure.
xx. oppoponaci τ serapini τ petroselini τ aristolo-
gie rotunde τ piperis albi omniuz ana aure. v. cin-
namomi τ spice τ polij τ croci omniū ana aur. iij.
Tere ex medicinis que sicca sunt τ conquassa gum-
mas τ infunde in melle τ permisce τ sit dosis aure.
iiii. cū salis triti pondere. ʒ.i. cū aqua mellis.

Theodoricon magnum quod valet ad cor
ruptionem complexionis frigide τ repletio
nē τ superfluitates viscosas grossas τ obli-
uionem τ tenebrositatem visus τ difficultatez anhe
litus τ stuporē τ dolores epatis τ stomachi τ sple-
nis τ renū τ matricū τ ꝓhibitiōem mēstruor̄ τ co-
licā: τ est solutiuū absq3 dolore: cui⁹ dosis sit pōd⁹
aur. iij. cū decoctiōe epithymi τ agarici aut cū aq̄
calida. cui⁹ hec ē ꝑmixtio. ℞. aloes scotrēsis pōd⁹
ʒ.x. agarici albi pōd⁹ ʒ.xx. croci τ cinamomi τ aco
ri τ masticis τ xilobalsami, τ olei balsami omni-
um ana pondus. ʒ. triū. reusini. ʒ.i.ʒ. τ carpobal-

sami ⁊ euforbij ⁊ macropiperis ⁊ piperis albi ⁊ ni-
gri ⁊ gentiane romane ⁊ floris squinanti oium ana
põdus.ʒ.ij.costi amari camedreos epithimi oium
ana.ʒ.iiii.assari ⁊ cassie ⁊ scamonee oium ana pon-
dus.ʒ.vi.spice odorifere põdus ʒ.iii.ʒ.meu ⁊ amo
mi amboꝝ ana pondus.ʒ.i.aggrega has medicias
tritas ⁊ cribellatas ⁊ cõfice cũ melle dispumato et
repone in vase ⁊ vtere post sex menses.

Theodoricon aliud qd ꝯfert oibus egritu-
dinib⁹ excitatis ex frigore ⁊ phl'ate.℞.alo-
es põdus.ʒ.xxx.agarici põdus.ʒ.xii.acori ⁊ croci
⁊ cinamomi ⁊ alkeia ⁊ hermodactiloꝝ ⁊ cassie oiuz
ana.ʒ.iii.camedr̃os ⁊ leucopipis ⁊ assari ⁊ xilobal-
sami oium ana põdus ʒ.ii.melanopiperis ⁊ casto-
rei amboꝝ añ.ʒ.iiii.reusini ⁊ myrrhe ⁊ spice oium
ana põdus ʒ.i.mellis quãtũ sufficit:dosis eius põ-
dus.ʒ.iiii.cũ aqua calida ⁊ antiquet sex mensit us.

Theodoricõ aliud faciens ad illas passio-
nes cui⁹ hec est pmixtio.℞.acori põdus.ʒ
viii.nucis muschate.ʒ.xii.aloes scotrensis.
ʒ.xl.agarici pondus ʒ.xliiii.reusini.ʒ.iii.piperis al
bi ⁊ gentiane amboꝝ añ.pondus.ʒ.iiii.croci ⁊ ga-
riofiloꝝ ⁊ acori in alio galbani ⁊ keiati ⁊ cinamomi
oium ana ʒ.vi.assari:⁊ xilobalsami amboꝝ añ.põ-
dus.ʒ.iiii.cassie ⁊ scamonee oium ana pond⁹.ʒ.xij
spice.ʒ.viii.scordeon pondus ʒ.ix.amomi ⁊ rubee
⁊ pipis nigri ⁊ piperis lõgi ⁊ squinãti oium añ.põ
dus.ʒ.ij.ireos põdus ʒ.viii.tere ⁊ cribella ⁊ cũ mel
le quãtũ sufficit cõfice ⁊ antiquet sex mensibus ⁊ sit
dosis pondus.ʒ.iiij.cũ aqua calida.

Thedoricõ cũ nuce muschata faciẽs ad oẽs
egritudines antiq̃s capitis ⁊ ad maniã ⁊ al
guesgues:⁊ dolorẽ capitis ⁊ vertiginẽ:⁊ ad
epilepsiã ⁊ ad debilitatẽ visus ⁊ ad dolorẽ epatis ⁊
splenis ⁊ renũ ⁊ colicã ꝓuocat mẽstrua retẽta:⁊ ad
leprã ⁊ baras:⁊ ad dolorẽ podagre ⁊ iũcturaruz et
ancharũ:⁊ ad febres chronicas antecedẽtes ⁊ eius
solutio est sine nocumento:cui⁹ hec est pmixtio:℞
aloes.ʒ.lx.agarici ʒ.xxiiii.scordeon ⁊ xilobalsami
amboꝝ ana ʒ.iiii.costi ʒ.viii.acori ⁊ masticis ⁊ cina
momi ⁊ gariofiloꝝ oiuz ana ʒ.vi.cassie ⁊ nucis mu
schate amboꝝ ana ʒ.xij.epithymi ʒ.xviii.spice ʒ.vi
cãedreos.ʒ.viii.myrrhe.ʒ.ii.triũ piperũ ⁊ euforbij
ana ʒ.iiii.floris squinanti ʒ.ij.gẽtiane ʒ.iiii.amomi
ʒ.ij.scamonee ʒ.xviii.mellis dispumati quãtũ suffic
cuius dosis sit ʒ.iiii.cũ decoctione epithymi.

Theodoricõ aliõ vsitatũ:℞.aloes ʒ.lx.aga
rici ʒ.xxiiii.masticis ⁊ croci ⁊ acori ⁊ cinna
momi ⁊ spice oium ana.ʒ.vi.aristo.⁊ car-
pobalsami ⁊ euforbij ⁊ triũ piperũ ⁊ gentiane oium
ana.ʒ.iiii camedreos ⁊ costi amboꝝ ana.v.cassie et
epithimi amboꝝ ana ʒ.xij.myrrhe ⁊ floris squinã-
ti ⁊ amomi oium ana.ʒ.ij.scamonee.ʒ.xx.mellis
quantum sufficit:cuius dosis ⁊ administratio ⁊ iu
uamenta sũt sicut primi.

Jera.G.descriptiõe vniuersitatis:⁊ de iu-
uamentis eius est q ipsa est subtilior ⁊ effi-
cacior q̃ theodoricon ⁊ logodion faciens
ad paralysim ⁊ torturã ⁊ spasmũ ⁊ mollificatiõem
⁊ purgat a corpe supfluitates viscosas grossas ⁊ di-
uersas ⁊ stringit mollificatõem vesice ⁊ exitũ vrine
absq volũtate cuius hec est pmixtio.℞.pulpe col-
loquitide ⁊ agarici ⁊ cepe muris assate ⁊ ammonia
ci ⁊ scamonee ⁊ hellebori nigri ⁊ ipericon ⁊ euforbij
omniũ ana ʒ.xvi.polypodij ⁊ epithymi ⁊ bdellij sb
albidi ⁊ camedreos ⁊ prassij ⁊ cassie oium ana pon
dus ʒ.vij.myrrhe ⁊ serapini ⁊ aristologie lõge ⁊ tri
um piperũ ⁊ cinamomi ⁊ oppoponaci ⁊ castorei et
petroselini oium ana ʒ.iiii.⁊ de hominibus sũt qui
dam qui ponunt in ea croci pondus ʒ.iiii.aggrega
has medicias tritas ⁊ cribellatas infusis eis que ex
ipsis infunduntur in triplicato ⁊ cõfice cũ melle di-
spumato ⁊ vtere cũ necesse fuerit post sex menses.

Jera G.descriptione pauli:℞.camedreos
leucopiperis ⁊ macropipis ⁊ agarici ⁊ stica
dos ⁊ hellebori nigri ⁊ scamõee spice ⁊ epi
thymi ⁊ cepe muris assate oiuz ana auř.vi.mirrhe
⁊ croci ⁊ ammoniaci ⁊ ipericon oium ana auř.viii.
mellis quantum sufficit.

Jera G.℞.pulpe colloquitide.ʒ.iiii.came
dreos ⁊ cepe muris assate ⁊ croci ⁊ agarici
⁊ scamonee ⁊ hellebori nigri ⁊ sticados ⁊
ãmoniaci ⁊ ipericon omnium ana ʒ.iii.⁊ sextam ʒ.i
epithymi ⁊ polij ⁊ bdellij ⁊ camepiteos ⁊ prassij ⁊
aloes ⁊ cassie ⁊ polypodij oium ana ʒ.i.ʒ.⁊ trium
piperũ ⁊ myrrhe ⁊ cinamomi ⁊ croci ⁊ oppopona-
ci ⁊ serapini ⁊ castorei ⁊ petroselini ⁊ aristologie ro
tũde gentiane ⁊ euforbij omniũ ana medietatem et
tertiã ʒ.i.⁊ mellis quantũ sufficit:dosis sicut logo-
dion ⁊ iuuamenta eius sicut illius.

Jera eufacaritis ⁊ est Hypo.medici confe
rens ad humiditatẽ stõi ⁊ ad dolores capi
tis generatos ex vaporibus corruptis ⁊ ex
tristitia timere faciente:cuius hec est pmixtio:℞.gẽ
tiane ⁊ spice ⁊ aristologie rotunde ⁊ cassie ⁊ cinamo
mi omniũ ana pondus.ʒ.i.petroselini ⁊ camedre-
os ⁊ sticados ⁊ fulfulimon ⁊ est ozimũ mõtanuz et
keiati omniũ ana.ʒ.i.myrrhe pondus.ʒ.iiii.grano
rum alben ⁊ croci amboꝝ ana.ʒ.i.ʒ.aloes ru.pon-
dus ʒ.viii.pulpe colloquintide pondus.ʒ.vi.cõfi-
ciatur cũ melle:⁊ administretur post sex menses:do
sis eius pondus ʒ.iiii.

Jera alia Hypo.que facit ad melãcoliam
ad maniam ⁊ alguesgues ⁊ vertiginẽ in ca
pite ⁊ dolorem capitis vehementem ⁊ spas
mũ ⁊ scissurã manuum ⁊ dolorẽ iuncturarũ ⁊ ad p
mixtionẽ rationis ⁊ corruptionẽ intellectus:⁊ dila
tationẽ pupille ⁊ inceptionẽ aque in oculo:⁊ ad le-
prã ⁊ albaras ⁊ ad paralysim ⁊ torturam:cui⁹ hec
est permixtio.℞.cucumeris asinini triũ piperum ⁊
camedreos oium ana pondus aure.v.croci ⁊ mir
rhe ⁊ scamonee oium ana pondus.ʒ.ii.ãmoniaci
pondus ʒ.i.mellis quãtũ sufficit:dosis eius medie
tas.ʒ.i.cum aqua calida.

Jera Andromachi q ꝯfert ad dolorẽ stõi
ventris cui⁹ hec est pmixtio.℞.cinamomi

⁊ cassie nigre ⁊ calami aromatici ⁊ xilobalsami ⁊ flo
ris squinãti ⁊ henitus oium añ. ℥. iii. ß. Tere medi-
cinas ⁊ pijce in vase figuli nouo ⁊ funde sup eas aq̃
pluuialis daunatik. vi. ⁊ decoque ad medietatem ⁊
cola: deinde accipe aloes rubei lb. i. ß. ⁊ pone super
ipsũ aque pluuialis quantũ sufficit ⁊ tere in meridie
⁊ ablue donec abstergaẗ ⁊ funde sup ipm aquã spe-
cierũ ⁊ tere in meridie ⁊ ablue donec abstergaẗ ⁊ fũ
de super ipm aquam specieruz ⁊ tere in sole donec
exsiccetur: deinde tere ⁊ pijce in ipso croci ⁊ mirrhe
⁊ alkeiati omniũ ana. ℥. iiij. ⁊ in descriptione antiq̃
omniuz añ. ℥. i. deinde tere oia ⁊ pone in vase vitri
aut vitreato ⁊ vtere est. n. iuuatiua ad spasmũ ⁊ ad
repcussionẽ que fit obuiando ⁊ pcussionẽ ⁊ fractu-
rã: ⁊ ad dolorẽ lateris ⁊ aperit stõm ⁊ dolores eius
⁊ ad sputũ sanguinis ⁊ dolorẽ iliј: dosis eius integ̃
pondus. ʒ. i. cũ aqua tepida ⁊ oi homini ſm quãti-
tatẽ sue virtutis: ⁊ ad apostemata dura cum sirupo
acetoso: ⁊ fit ex ea emplastrũ ad apostema oculi cũ
succo mente aut vue vulpis ⁊ apostemata ani cum
oleo ros. ⁊ vino bono ⁊ confert ad vlcera que acci-
dunt vnguibus qñ liquefit cũ aceto vini: ⁊ ad adu-
stionẽ oris gargarizata.

Jera Andromachi faciẽs ad retentionem menstruoꝝ ⁊ ad leprã ⁊ timorẽ cuius hec ẽ pmixtio. ℞. sticados ⁊ camedreos ⁊ agari- ci ⁊ hellebori nigri ⁊ piperis nigri ⁊ albi ⁊ mezeriõ ⁊ scamõee ⁊ squille assate oium ana. ʒ. põd⁹. ʒ. xviii croci ⁊ euforbij ⁊ ãmõiaci oiuz añ. ʒ. viii. myrrhe ʒ. iiij. interioris cucumeris asini. ʒ. iiii mellis lib. v. dosis eius põdus. ʒ. ij. cũ melle ⁊ aqua ⁊ sale.

Jera faneligotis faciẽs ad melãcoliã ⁊ mũ ficat velamia cerebri ⁊ aufert chimos gros- sos viscosos terrestres: cuius hec ẽ pmixtio ℞. prassij ⁊ sticados ⁊ hellebori nigri ⁊ camepithe- os ⁊ camedreos ⁊ petroselini ⁊ polij ⁊ est alhada ⁊ aristologie rotunde ⁊ croci ⁊ gentiane ⁊ keiati ⁊ dra gaganti ⁊ folij egiptij ⁊ assarũ ⁊ amomi ⁊ costi ⁊ ci- namomi ⁊ fu ⁊ meu ⁊ pipis ⁊ carpobalsami ⁊ allei siluesteis ⁊ cassie ⁊ ipericõ ⁊ floris squinanti ⁊ spice oiuz ana pondus ʒ. ii. epithimi ⁊ agarici ⁊ polypo dij ⁊ pulpe colloquintide oium ana ʒ. iij. aloes sco trẽsie ℥. vi. Tere ⁊ cõfice ⁊ antiqua sex mensib⁹. do sis eius tertia. ʒ. i. cũ aqua calida.

Jera busutus cõferens ad visũ ⁊ ꝯfortans eũ ⁊ sedat dolorẽ capitis assiduuz ⁊ confert ad dolores stomachi ⁊ splenis ⁊ epatis et ad dolores melancolicos ⁊ phlegmaticos ⁊ ad vẽti ginẽ ⁊ dolorẽ qui noiatur corona cuius hec ẽ pmi xtio. ℞. camedreos pondus. ℥. xij. agarici põdus ℥. xvi. ⁊ in descriptione alia agarici. ℥. x. pulpe col loquintide. ℥. ij. sticados ⁊ piperis albi ⁊ nigri om niũ añ. ℥. xii. meu. ℥. iii. croci. ℥. xviii. hellebori ni- gri ⁊ scamonee ⁊ aloes scotrensis omniũ añ. ℥. xvi. Tere ⁊ cribella ⁊ confice cũ melle dosis eius. ʒ. iiii. post sex menses. Et in descriptiõe alia: spice ⁊ cassie amborum añ. ℥. xij. bibatur cũ infusione epithimi post abstinentiã.

Jera catagini antiocheni que ꝯfert ad spas mũ ⁊ dolorẽ capitis ⁊ dolorez capitis anti quũ ⁊ ad timorẽ accñtẽ ex melãcolia: ⁊ ad timorẽ iacturarũ: cuius hec est pmixtio. ℞. pillule colloquintide pondus. ʒ. xx. camedreos ⁊ prassij ⁊ agarici oium añ. ʒ. x. aristo. lon. ⁊ petroselini ⁊ pipe ris albi ⁊ serapini ⁊ opponaci oiuz añ. ʒ. v. myrrhe ⁊ spice ⁊ polij ⁊ croci ⁊ cinamomi oium añ. ʒ. iii. in fũdã ł hũida cũ melle: deiñ decoquanẗ super ignez parũp ⁊ terantur sicca: ⁊ pijciaẗ super ea ⁊ misceanẗ ⁊ administretur post sex menses.

Escriptio alia hiere que addit in visũ ⁊ con fortat ipsum ⁊ ꝯfert ad dolorẽ capitis ⁊ pas siones stõi ⁊ capitis ⁊ splenis: cuius hec est cõmixtio ℞. pulpe colloquitide ʒ. x. camedreos et cassie ⁊ triũ piperũ omniũ añ. ʒ. ij. aloes ⁊ myrrhe ⁊ turis masculi ⁊ croci omniũ ana. ʒ. i. scamonee. ʒ. vi. succi absinthij pond⁹. ʒ. ii. mellis quantũ sufficit dosis eius pond⁹ ʒ. iiii. cũ aqua calida.

Jera nostra expta: ℞. hellebori põdus. ʒ. i pulpe colloquitide aure. i. als. xiii. ⁊ aloes aur. v. ⁊ salis indi ʒ. i. ⁊ tertiã ⁊ agarici pon dus aure. ii. ⁊ lapidis armeni aure. ß. ⁊ rosarũ pon dus. ʒ. i. ⁊ piperis albi pondus aure. i. et zinziberis pondus aure. ij. et acori et amomi et assari ⁊ carpo balsami et alhasce et origani ⁊ seminis apij et dauci et est semẽ baucie oium ana. ʒ. iii. ⁊ buglosse pond⁹ ʒ. x. se. alsehesebrã ⁊ se. alfelengemisch ⁊ se. ozimi ci trati ⁊ semi. citri ⁊ mente sicce oium añ. ʒ. ij. ⁊ epithi mi põdus. ʒ. ii. ß. cõficiãtur oia cũ duplo sui mellis ⁊ reponaẗ sex mẽsib⁹ deinde administretur.

Tractatus. iii. de electuarijs solutiuis ⁊ non solu tiuis.

Os dicere volumus in hac summa de electuarijs famosis ⁊ que sũt similia vni uersalibus. Illa vero quoꝝ iuuamẽta sũt particularia digniora loca dicenda sunt in summa secũda.

Lectuariũ diacyminũ faciens ad dolores visceꝝ quos gnãuit fritas ⁊ ad egritudinem phlaẗ remũ ⁊ ꝯfortat stõz ⁊ digerit cibũ ⁊ aufert ap petitũ caninũ ⁊ eructuatõez acetosã ⁊ sit dos magni tudo galle cũ aqua calida ⁊ ꝯfert iteꝝ ad febres frigi das nicficas ⁊ phlaticas: cui⁹ hec est pmixtio: re. cy mini carmeni infusi in aceto vini die ⁊ nocte exsicca ti ⁊ torrefacti ⁊ folioꝝ rute exsiccatoꝝ i vmbra ⁊ torre factoꝝ ⁊ pipis ⁊ ziuziberis oiuz ana sextaria. v. bau rach armeni pondus. ʒ. x. Aggrega has medicinas tritas cribellatas ⁊ confice cum melle dispumato et reponaẗ in vase ⁊ administretur.

Dyacyminũ S. qd facit ad vẽtositates frigi das ⁊ satietatẽ nauseatiuaz ⁊ resoluit vẽto sitates ⁊ ꝯfert ei q non digerit cibuz: cuius hec est pmixtio: re. baurach medietatẽ partis cymi ni cãmẽi infusi in aceto torrefacti piperis albi ⁊ pipe ris longi folioꝝ rute oiuz ana partem vnaz. Et hoc quidem fit ſm duas descriptiones: qñq̃ enĩz fit ex

ꝑtibus equalibus in oībus suis ꝯmixtionibus.s.cymini piꝑis ⁊ rute ⁊ baurach: ⁊ iste modus soluit naturam valde. ⁊ qñqꝫ ꝑmiscet de spēbus reliqs quātitas equalis: ⁊ de baurach medietas huius quantitatis: ⁊ eligit de cymino carmenuz ⁊ infundit in aceto forti: deinde torrefit ⁊ sit piper albū: ⁊ illud ideo qm̄ ipm confortat stōm plusqꝫ due alie species.s. piꝑ longū ⁊ piꝑ nigrū: ⁊ hoc est illud qḋ nō ē ꝑuū neqꝫ ꝯtractū ⁊ neqꝫ ē cortex ei⁹ grossus imo est ex illo qḋ dr̄ grauis pōderis. ⁊ eligat de eo magnuz et sanū ⁊ baurach. Fiat ergo medicia ad illuz cui⁹ nā retinet cū baurach dicto nitrū naurnacō ⁊ est rubeum: ⁊ cū feceris ipam ad illū cui⁹ nā ē soluta administrabis baurach aliud: ⁊ sit illud qḋ de eo ꝓijcies medietas quātitatis vniuscuiusqꝫ medicinaruz q̄s diximus ⁊ folia rute iterū. Sint ergo sicca cū mēsura ⁊ illud iō qm̄ si exsiccēt vehemēter fiūt calide ꝯplonis ⁊ est calefactio eoꝝ vltra mēsurā: ⁊ si nō exsiccāt vehemēter remanet in eis hūiditas supflua q̄ non cōsequit vltimationē digestiōis: quapropter nō destruit eius inflatio in aliquo. Et iste q̄tuor spēs qñz ꝑmiscent cū melle dispumato: ⁊ qñqꝫ nō ꝑmiscent cū aliquo ⁊ reseruātur ꝑ se absqꝫ melle. Cū ergo ipse sunt necessarie ꝓijciūtur in aqua ordei aut in cibo alio cōueniente: ⁊ hec medicia sumit sola ante cibū ⁊ post cibū. ⁊ illa q̄ ꝑmiscet cū melle dispūato ē magis cōueniens in hac dispositiōe ⁊ illud iō qm̄ ipsa destruit inflāmationē oio. ⁊ oz iterū ut sit mel bonū cū nō sit necessariū vt sit hec medicina nisi fortis in resoluēdo ventositatē ⁊ euacuet cū fortitudine: ⁊ oz vt scias iterū q̄ qū vis vt sit eius euacuatio plus sit ꝯtritio medicinarū nō subtilis sꝫ grossa: ⁊ illud iō qm̄ scio hoiem qui ꝯtriuit hanc medicinā ꝯtritione vltima: qm̄ nō sciuit illud qḋ ego dixi: quare nō soluit naturā oino imo ꝓuocauit fortit ⁊ venit ad nos mirans ⁊ querēs de cā in hoc ⁊ illud iō qm̄ ipse existiabat q̄ in corꝑe illi⁹ viri eēt ꝓprietas q̄ esset cā in hoc qḋ accidit. Postqꝫ ergo feci scire eū q̄ causa i illo eēt dispositio ꝯpositionis ei⁹ tūc cōposuit eā secūdo sicut precepi ei: ⁊ cōpleta est eius oꝑatio. ⁊ oz ut seruetur hec determinatio in ꝯpositione reliquarū medicinarū.

Lectuariū ad subulitiss et est aggregatiōis qḋ est ꝯueniēs ad frigiditatē stōi vehementis frigoris ⁊ eructuationē acetosā ⁊ appetitū caninū ⁊ singultū q̄ fit ex repletiōe chimoꝝ grossoruz ⁊ phlāticoꝝ ⁊ febres antiquas que fiūt ꝓpter frigus ⁊ malitiā digestiōis cuius ꝑmixtio hec est. ℞. cymini infusi in aceto exsiccati sextaria.xv.piꝑis ⁊.ʒʒ. ⁊ rute sicce ⁊ baurach oīum ān.ʒ.xx.terātur ⁊ cōficiant cū melle dispumato ⁊ administret.

Lectuariū de calamēto fluuiali descriptiōe S.℞.calamēti fluuial' ⁊ cāpestris ⁊ petroselini oīum ān.ʒ.xij.ziziб.aur.vi.se.apij ⁊ capitū alhasce amboꝝ ān.aur.iiij.keisiz aur.xv.piꝑis aure.xlviij.siseleos aur.v.tere ⁊ ꝯfice cū melle dispūato.

Lectuariū de myrto ꝯferēs ad solutionem nature ⁊ vomitū phlātis ⁊ hūiditatis ⁊ malitiā digōnis q̄ est ex stō cui⁹ ꝑmixtio hec ē. ℞. granorū myrti bonoꝝ siccoꝝ eminā.i.myrobalanoruz nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ talassir oīum ana.℥ xx.leucopi. ⁊ macropi. ⁊ ziziberis oīuz ān.ʒ.x.masticis ⁊ cordumeni ⁊ carui ⁊ anisi ⁊ cymini ⁊ spice ⁊ cassie ⁊ cardamomi ⁊ costi oīuz ana.ʒ.vi.nucis muscate ⁊ se.apij ⁊ ameos oīum ān.ʒ.v.folij idi ⁊ amomi amboꝝ ana.ʒ.iiii. ⁊ tere ⁊ ꝯfice cū melle dispūato ⁊ dosis sit.ʒ.i.

Lectuariū sicut alcanzi est bonū: cuius hec est ꝑmixtio. ℞. granoꝝ mirti keiliati.ʒ.s.spice.℥.iii.nucis muschate cū cortice suo lb.s. gariofilorꝝ ⁊ cardamomi ⁊ anisi torrefacti ⁊ se.apij torrefacti ⁊ vsnee oīum ān.℥.ii.macis.℥.i.s. cassie.℥.iiii. myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ oīum ana.℥.iii.macis.ʒ.i.s.buliāt medicine cū vino odorifero feruore vno: deinde exsiccētur ⁊ buliant ebulitione cū aqua cydonioꝝ ⁊ exsiccent sup frixoriū calidū ⁊ terant ⁊ inuoluātur mīua ⁊ sit dosis aure.iii.aut.ʒ.iii.cū syrupo cydonioꝝ.

Lectuariū almutaguachil relatū salamōt qḋ ꝯfortat stōm ⁊ cōfert ad malitiā digōis: ⁊ est illud qḋ i potu dabat israhelita mutaguachil qm̄ est bonū ⁊ exꝑtū. cui⁹ hec ē ꝑmixtio. ℞. spice et gariofiloꝝ ⁊ cinamomi ⁊ nucis muschate ⁊ cardamomi ⁊ galle bone ana aur.i.piꝑeris albi ⁊ zinziberis ⁊ castorei oīum ana.ʒ.ii.turis albi masculi aur.iiij.zuccari tabarzet quantū sūt medicie cōmisceantur medicine cū zuccaro ⁊ ꝯficiātur cū melle dispumato ⁊ sit dosis eius aure.iij.

Jacyminū aliud ꝯferēs ad dolores vētris cōmotos a frigiditate ⁊ ad febrē quartanā ⁊ ad appetitū caninū ⁊ febres phlegmaticas ⁊ melācolicas ⁊ ad phlegma plurimū qḋ accidit senibus ⁊ ad vehementiā frigoris qḋ accidit in stō ⁊ ad eructuationē acetosaz ⁊ ad sputū qḋ fit ex multitudine supfluitatū phlegmaticarū: cuius dosis sic̄ galla cū aqua calida cuius ꝑmixtio. ℞. cymini infusi in aceto die ⁊ nocte torrefacti ⁊ rute sicce ⁊.ʒʒ. ⁊ piperis oīum ana sextaria decē ⁊ baurach armeni.ʒ.x.conficiatur cū melle dispumato.

Lectuariū diacyminū aliud. ℞. cymini recētis boni.℥.vij.infūdat in aceto vini die ⁊ nocte: deinde extrahat ⁊ ꝓijciat sup coriuz rubeū ⁊ moueat ⁊ qū exsiccat torrefiat torrefactione leui cū igne leni ⁊ piperis.℥.iii.zinziberis fini.ʒ.iiii baurach armeni.ʒ.ij. cōmisceantur ⁊ conficiantur cum melle.

Japipereō facieī ad frigora ⁊ humorē crudū ⁊ dolorem stomachi ⁊ malitiā digestionis ⁊ ventositates grossas ⁊ curationē acetosam ⁊ appetitū caninū. cuius permixtio est ut sumantur leucopiperis ⁊ melanopiperis ⁊ macropiperis oīmniū ana.℥.iii. ⁊ in descriptiōe alia.℥.ij. ⁊ xilobalsami.℥.i. ⁊ amomi ⁊ spice amboꝝ ana.ʒ.iiii ⁊.ʒʒ. ⁊ se.apij ⁊ siseleos ⁊ cassie ⁊ asseri ⁊ enule oīum ana.ʒ.i. Tere ⁊ cribella ⁊ confice cū melle dispumato: dosis eius pondus.ʒ.ij.cū aqua tepida ieiuno.

e

Lectuariū alkendi convalens ad dolores stomachi ⁊ epatis frigidi ⁊ debil' generātis ventositates grossas. Cuiꝰ ꝑmixtio: ℞.ʒʒ. ⁊ piperis ⁊ spice odorifere oium añ.ʒ.vi.masticis ⁊ ameos āboꝝ añ pōdꝰ.ʒ.iiij.se.apij ⁊ meu ⁊ su oiuz añ.ʒ.v.cymini carmeni ⁊ cassie ⁊ carpobalsami ⁊ piretri oium ana pōdus.ʒ.ij.folij indi pōdꝰ.ʒ.i.Aggrega has medicinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ repone in vase ⁊ vtere cum necesse fuerit.

e

Lectuariū alcanzi faciēs ad solutionē ventris ⁊ ad malitiā digestionis ⁊ debilitatem stomachi ⁊ frigus eiꝰ. Cuiꝰ hec ē ꝑmixtio sumant' costi ⁊ cynami ⁊ spice odorifere ⁊ carpobalsami ⁊ cassie oium añ.ʒ.x.nucis muschate.v.numero cardamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ anisi ⁊ meliloti ⁊ cassie inde omniū ana pondꝰ.ʒ.iiij.aristol. ⁊ vsnee amboꝝ ana.ʒ.ij.cipi ⁊ zinziberis amboꝝ ana pōdꝰ sextarioꝝ.x.calami aromatici ⁊ pipis ⁊ macropiperis oiuz ana pōdꝰ.ʒ.v.myrobalanoꝝ nigroꝝ enucleatoꝝ sextaria.ij.bellirici enucleati.x.numero granoꝝ myrti kaficiꝰ semis bonoꝝ seburi. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ ꝯfice cū melle de arūdinibus zuccari ⁊ repone in vase ⁊ vtere cū necesse fuerit post duos menses.

d

Escriptio electuarij alcanzi alia ꝯferēs ad debilitatē epatis ⁊ stomachi ⁊ frigus amborū ⁊ ad solutionē vētris ⁊ malitiā digestionis ⁊ ꝯfert illis sup quos timet' aq̄ citrina ⁊ ē bonū spleni ꝓuocās vrinā. Cuiꝰ hec ē ꝑmixtio: ℞.costi et cynami ⁊ spice ⁊ carpoballsami ⁊ cassie oiuz añ.ʒ.x. ⁊ de nucibꝰ muschatis nuces.v. ⁊ cardamomi ⁊ gariofi. ⁊ anisi ⁊ meliloti ⁊ capsie ⁊ neremisch oiuz añ.ʒ.iiij.macis pōdꝰ.ʒ.iij. ⁊ berūgi kebuli.ʒ.viij. ⁊ reusini ⁊ arist.lō. ⁊ vsnee oiuz ana pondꝰ ʒ.v.myroba. nigroꝝ ⁊ kebuloꝝ ana sextaria.ij. ⁊ de belliricis bellirici.x. ⁊ granorum myrti quantum est pondꝰ medicinarum omniū. Terantur sicut alcohol ⁊ conficiantur cum melle tabarzet: dosis eius sicut galla cū aqua frigida. Et in descriptione alia zinziberis sextaria.x.

e

Lectuariū alkeisiz dictū electuariū ambre. Et hoc electuario vsi fuerūt reges grecie: ⁊ hoc ꝯfert ad egritudines frigoris: ⁊ ꝓprie renū ⁊ addit in desiderio coitus ⁊ valet ad palysim ⁊ torturā ⁊ tremorē ⁊ pulsū cordis ⁊ addit in recordatione ⁊ sensu ⁊ exsiccat humiditatē stomachi ⁊ facit digestionē esse bonam ⁊ est ex eis q̄ ꝯueniūt senibus. Cuiꝰ ꝑmixtio est hec: ℞.cardamomi maioris ⁊ minoris ⁊ macis oiuz añ.pōdꝰ ʒ.iiij.ʒʒ. ⁊ macropiperis amboꝝ ana sextaria.ij.cynamomi.ʒ.iiij.vsnee pōdꝰ.ʒ.ij.cynami pōdꝰ ʒ.i.gariofiloꝝ ⁊ croci oiuz ana pōdꝰ.ʒ.x.nucis muschate pōdus.ʒ.v. Et in quibusdā descriptōibꝰ nuces.v.spice odorifere ⁊ masticis ⁊ ambre omniū ana pōdꝰ.ʒ.ij.muschi pōdꝰ ʒ.i. semis hyusquiami albi ⁊ opij amboꝝ ana pōdꝰ ʒ.i olei balsami pōdus.ʒ.vi. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cribellatas ⁊ infunde opiū in mensura sacrasati.i. de vino bono ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ vtere post sex mēses ⁊ liquefac ambram cū oleo balsami ⁊ adhibeatur de oleo quātitas qua omnia soluantur.

e

Lectuariū alschercbē ꝯferēs ad frigꝰ epatis ⁊ stomachi ⁊ aquam citrinā ⁊ choleraz nigram ⁊ est soluēs ventrē. Cuiꝰ hec ē ꝑmixtio. sumant' capsie inde ⁊ zinziberis ⁊ pipis ⁊ cynami ⁊ cardamomi minoris ⁊ gariofiloꝝ ⁊ piretri ⁊ folij indi ⁊ amili de tritico ⁊ mastic' ⁊ cardamomi maioris ⁊ cynamomi ⁊ spice ⁊ cassie ⁊ se.apij ⁊ aneti ⁊ ameos ⁊ se.fenicli ⁊ anisi oiuz añ.ʒ.vi.epithimi cretensis ⁊ turbit amboꝝ ana.ʒ.xij.scamonee.ʒ.x.zuccari tabarzet pōdus.ʒ.xx. Aggrega has medicīas tritas ⁊ cicotrigonizatas ⁊ ꝯfice cū melle tabarzet dispumato ⁊ vtere cū necesse fuerit.

e

Lectuariū diaphinicon ē electuariū ꝓprij iuuamēti in colica resoluens eā ⁊ ꝯfert ad humorē crudū ⁊ frigora ⁊ ad difficultatē vrie. Cꝰ hec ē ꝑmixtio: sūat' baurach armeni cymi carmēi ⁊ petrose. ⁊.ʒʒ: ⁊ pipis al. oiuz añ.pō.ʒ.xxij scamonee pōdꝰ ʒ.v.dactiloꝝ heirō mūdatoꝝ ex nucleis ⁊ amigdalaꝝ excorticataꝝ ex duabꝰ corticibꝰ ⁊ folioꝝ rute oiuz añ.pōdꝰ ʒ.x. Aggrega has medicinas oēs tritas ⁊ cicotrigonizatas ⁊ infūde dactilos in aceto vini die ⁊ nocte ⁊ rere bene ⁊ ꝑmisce cū medicinis ⁊ ꝯfice cū melle dispumato ⁊ vtere cū necesse fuerit.

d

Iaphinicon aliud: ℞.dactiloꝝ heiron ablatis nucleis.c.numero ⁊ infunde eos in aceto die ⁊ nocte ⁊ confrica manibus ⁊ cola ⁊ rute sicce ⁊ zinziberis amboꝝ añ.ʒ.xiij. ⁊ pipis albi.xiij.numero ⁊ baurach armeni pōdus.ʒ.v.et de amigdalis excorticatis ex duobus corticibus.c.l.numero ⁊ scamonee pondus.ʒ.xv. ⁊ turbit pōdꝰ ʒ.xx.tere ⁊ cribella ⁊ cōmisce cū melle.

d

Iaphinicon aliud quod ꝯfert ad febres ⁊ alia ⁊ potat' in estate ⁊ hyeme ⁊ soluit sine inquietudine. Cuiꝰ hec est ꝑmixtio: ℞.zinziberis pipis albi amboꝝ añ.℥.i.scamonee.℥.ij.ß. tamarindi heirō mūdatoꝝ ex nucleis aut sirē ⁊ amigdalarū dulciū excorticatarū a duobꝰ corticibꝰ ⁊ foliorū rute oiuz añ.℥.iiij.tere medicinas ꝯm singularitatē suā ⁊ infunde dactilos in aceto vini ⁊ terantur per se ⁊ colētur ⁊ terant' amigdale iteꝝ p se ⁊ misceāt' omnia post illō ⁊ ꝯficiant' cū melle dispumato ⁊ sit dosis.ʒ.ij.

e

Lectuariū cabrosiꝰ muschatū faciēs ad ventositatē ⁊ hemorroidas ⁊ humorē crudū ⁊ confortat stomachū ⁊ adiuuat ad desiderium coitus ⁊ clarificat dolorem ⁊ calefacit renes ⁊ confert ad ventositates matricis ⁊ fluxum qui fit ex hemorroibus. Cuius hec est permixtio. ℞. myrobalanorum citrinorū myroba.kebulorum ⁊ cassie ⁊ se.apij oiuz añ.ʒ.vi.belliricoꝝ ⁊ ēblicoꝝ ⁊ ameos ⁊ tuderei rubei ⁊ albi ⁊ macropiperis ⁊ sisami excorticati oiuz ana pōdus.ʒ.iiij. cynami ⁊ spice ⁊ nucis muschate ⁊.ʒʒ. ⁊ alfulfulimō omniū ana.ʒ.viij.ger

bue et costi ⁊ cassie ⁊ gariofiloꝝ ⁊ macis ⁊ galāge ⁊ neremisch oīuȝ an̄.ʒ.vi. cipi pōd⁹.ʒ.x. ⁊ muschi pōdus auṙ.ij. ambre auṙ.i. ⁊ scorie ferri nutrite q̄ntum est pōd⁹ mediciaꝝ oīuȝ ⁊ butiri sextaria.x. ꝯficiant cū melle dispumato ⁊ sit dosis pōdus.ʒ.ij. cū lacte vaccino cōcusso ⁊ sublato butiro aut cū vino passo bono duab⁹ hebdomadis.

e Lectuariū de ture: ℞.turis pōd⁹.ʒ.lx. piperis ⁊ macropipis amboꝝ an̄.ʒ.x. zuccari.ʒ.lx. zinziberis ⁊ galāge āboꝝ an̄.ʒ.xij. nucis muschate ⁊ gariofi. ⁊ girbue omniuȝ an̄.ʒ.v. muschi boni.ʒ.i. terat̄ vnūquodq̧ eoꝝ p se ⁊ cribelletur ⁊ ꝯficiant̄ cū melle.

e Lectuariū altalisafar faciēs ad frig⁹ stōi ⁊ ventositates grossas in stomacho ⁊ epate: cui⁹ ꝑmixtio: ℞.talisafar pōd⁹.ʒ.v. zinziberis pōdus.ʒ.xx. pipi pōdus.ʒ.xij. heil ⁊ cynami amboꝝ an̄.pōdus.ʒ.vij. zuccari tabarzet lb.v. Aggrega has medicias tritas ⁊ cribellatas ⁊ repone in vase ⁊ vtere.

e Lectuariū epi: ℞.scamonee antiocheñ et turbit ꝯcaui albi amboꝝ an̄.auṙ.v. pipis ⁊ cardamomi amboꝝ an̄.auṙ.iij. zinziberis ⁊ cynamomi ⁊ emblicoꝝ ⁊ gariofi. ⁊ polypodij ⁊ nucis muschate oīuȝ an̄.auṙ.ij.s. Et in descriptōe alia scamonee ⁊ turbit amboꝝ an̄.auṙ.iij. Tere ⁊ cicotrigoniça ⁊ ꝓijce sup ea lb.i. zuccari ꝯtriti ⁊ cōfice cū melle: cui⁹ dosis integra sit auṙ.iij.

t Rifera de scoria ferri mag̃ faciēs ad vētositates hemorroidarū ⁊ mollificationē vesici ⁊ stomachi ⁊ addit in desiderio coit⁹ et calefacit stomachū cui⁹ hec ē ꝑmixtio: sumat̄ myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ scirēblegi ablatis nucleis ⁊ capsie inde ⁊ se.apij ⁊ ameos ⁊ origani ꝑsici oium an̄.℥.i. spice odorifere ⁊ amomi ⁊ heil ⁊ acori oīuȝ an̄.ʒ.iij. cynamomi pōd⁹.ʒ.iiij. pipis ⁊ macropiperis ⁊ piretri ⁊ salis indi omnium ana.℥.s. synapis.℥.i.s. salis amoniaci pondus.ʒ.s. scorie ferri pōd⁹.ʒ.iij. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cicotrigoniçatas ⁊ confice cū melle dispumato ⁊ butiro vaccino q̄ntū sufficit ⁊ vtere.

t Rifera minor faciēs ad mollificationē stomachi ⁊ humiditatē eius ⁊ ventositates hemorroidaꝝ ⁊ colorē efficit bonū. Cui⁹ hec est ꝑmixtio: sumant̄ myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ scirēblegi ⁊ belliricoꝝ ablatis nucleis oīuȝ ptes eq̄les inuolue cū butiro vaccino ⁊ ꝯfice cū melle dispumato ⁊ repone in vase ⁊ vtere.

e Lectuariū anacardinū ꝯueniēs ad dolorē stomachi antiquū ⁊ frig⁹ ⁊ obliuionē ⁊ fac̄ bonū eē colorē ⁊ subtiliat cogitatōeȝ ⁊ sensū ⁊ ē electuariū sapientū ⁊ dr̄ q͏ ē salomonis: Cui⁹ hec ē ꝑmixtio: ℞.pipis ⁊ macropipis myrobalanorū nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ castorei omniū an̄.ʒ.iiij. costi ⁊ anacardi ⁊ berūgi ⁊ zuccari tabarzet ⁊ baccarū lauri oium an̄.ʒ.xij. cipi.ʒ.viij. Tere anacardos solos bene ⁊ tere medicias ⁊ cribella ⁊ buli butirū vaccinū ⁊ mel cū eq̄litate, ꝓijce sup ea medici nas ⁊ coagula ⁊ vtē post sex mēses dosis ei⁹.ʒ.ij. cū aq̄ decoctōis apij ⁊ feniculi ⁊ seruet se a labore ⁊ angustia ⁊ ira ⁊ vino plīmo ⁊ coitu ⁊ comedat ius issidabegi subtile.

e Lectuariū alfagi⁹ qd̄ ē iuuamētū ad mollificationē stōi ⁊ vētositates hemorroidaꝝ ⁊ corruptionē cōplexionis ⁊ feditatē colorꝭ ⁊ addit in coitu: Cui⁹ hec est ꝑmixtio: ℞.myrobalanorū belliricoꝝ ⁊ scirēblegi ablatis nucleis ⁊ pipis ⁊ macropipis ⁊.ʒʒ. ⁊ cipi ⁊ capsie inde ⁊ spice oium an̄.ʒ.x. se.ane. ⁊ se.porri amboꝝ an̄.pōd⁹.ʒ.iiij. scorie ferri trite infuse in aceto vini.xiiij. dieb⁹ exsiccate torrēfacte.ʒ.c. Aggrega has medicias tritas ⁊ cicotrigoniçatas ⁊ confice cū melle dispumato ⁊ butiro vaccino q̄ntū necesse ē ⁊ repone in vase ⁊ vtē post sex mēses. ⁊ sit dosis ei⁹ pōd⁹.ʒ.ij. ⁊ ponant̄ in eo iterū de muscho.ʒ.ij.

f Angius aliud cū muscho etiā qd̄ ꝯfortat stomachū ⁊ calefac̄ ip̄m ⁊ ꝯfert ad hemorroidas ⁊ addit in coitu ⁊ ē exptū. Cuius hec ē ꝑmixtio: ℞.myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricorū ⁊ emblicoꝝ ⁊ pipis ⁊ macropipis ⁊.ʒʒ. ⁊ cymini ⁊ se.aneti ⁊ se.apij. ⁊ se.porri ⁊ se.eruce ⁊ se.napi ⁊ se.baucie ⁊ alfeleniati ⁊ rosarū rubeaꝝ ⁊ cassie ⁊ cipi ⁊ cynamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ nucis muschate oium an̄.ʒ.i. macis ⁊ heil ⁊ cardamōi ⁊ galie ⁊ xyloaloes crudi ⁊ muschi oīuȝ an̄.ʒ.ij. g̃noꝝ nasturtij al.℥.iij scorie ferri q̄ntū sūt medicine terat̄ ⁊ ꝯficiat̄ cū melle dispumato.

f Angi⁹ aliud: ℞.cassie inde ⁊ zarub ⁊ talisafar ⁊ heil ⁊ myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ myrobalanoꝝ citrinoꝝ ⁊ cassie ⁊ gariofiloꝝ ⁊ carpobalsami ⁊ g̃noꝝ almahaleb omniū an̄.auṙ.vi. mēte ⁊ feleniati ⁊ zedoarie ⁊ doronigi et pipis lō. ⁊ emblicoꝝ oīuȝ an̄.auṙ.iiij. cynamomi et cynami ⁊ spice ⁊ nucis muschate ⁊ costi ⁊.ʒʒ. ⁊ fulfulimō oīuȝ an̄.auṙ.viij. cipi auṙ.x. zuccari au.xvi scorie ferri eminam.i. muschi.ʒ.s. ꝯficiant̄ cū melle dispumato.

a Rs scorie decocte q̄ ꝯfert ad frigora ⁊ dolorem dorsi ⁊ corruptionē mēstruoꝝ ⁊ hemorroidaꝝ ⁊ clarificat colorē ⁊ facit appetere cibū ⁊ destruit humorē crudū ⁊ infrigidatōes ⁊ confortat stomachū ⁊ matrices ⁊ vesicam. Cui⁹ hec est ꝑmixtio: ℞.se.apij ⁊ se.feniculi ⁊ anisi ⁊ petroselini ⁊ dauci ⁊ se.baucie ⁊ se.porri ⁊ se.cepe ⁊ se.napi ⁊ se.raphani ⁊ se.alrotab ⁊ ameos ⁊ se.vrtice granoꝝ viridiū ⁊ aniuden ⁊ se.aneti ⁊ pipis ⁊ se.lini ⁊ cymini ⁊ coriandri oium an̄.pōd⁹.ʒ.iij. ⁊ zedoarie ⁊ doronigi ⁊ been albi ⁊ rubei ⁊ tuderi rubei ⁊ albi ⁊ nucis muschate ⁊ macis ⁊ cynamomi ⁊ galāge ⁊.ʒʒ. et pipis ⁊ ciperi ⁊ spice ⁊ sisimbrij omniū ana.ʒ.iiij. et myrobalanorum ⁊ belliricorū ⁊ emblicoruȝ ⁊ gest glandium ⁊ corticum radicis capparis omniū ana ʒ.x. capsie ⁊ visnee ⁊ assari ⁊ blacie bizantie ⁊ calami aromatici ⁊ lingue auis ⁊ neremisk persici ⁊ cardamomi ⁊ girboe ⁊ sandali ⁊ cynami ⁊ nucis muschate omniuȝ ana.ʒ.v. ⁊ nucis enden ⁊ nasturtij ⁊ keis

rũ ⁊ rosarum siccarum ⁊ marmacoꝝ ⁊ corticum turis ⁊ mente ⁊ calamenti omnium ana ʒ.vij. ⁊ scorie albassari calefacte ⁊ extincte in vino odorifero multotiens ẜm mensuram medicinarum omniũ: decoquatur cũ vino pontico donec ingrossetur ⁊ auferatur ab igne ⁊ coletur ⁊ detur de eo in potu quãtitas ʒ.i. in ieiunio dũ ẽ tepidũ ⁊ comedat post mediũ diem issidebegia: i cũ carne capõna ⁊ bibat vinũ puruz hebdomada vna aut duabus hebdomadis.

d

Escriptio alia de scoria ferri ꝯueniẽs ad frigus stomachi ⁊ hemorroidas: cuiꝰ ꝑmixtio. ℞.myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricorum ⁊ emblicorũ ⁊ radicũ lilij ⁊ zinzi. xyloaloes crudi ⁊ nucis muschate ⁊ galie ⁊ rosarum ⁊ spice ⁊ squinanti ⁊ macis oĩum ana ʒ.x. muschi ʒ.i. limature acuũ infuse i vino odorifero .vij. diebus ⁊ sumatur ⁊ teratur ⁊ torrefiat sup frixoriũ ferri: ⁊ misceaẗ cũ medicinis ⁊ inuoluaẗ oleo de amigdalis dulcibus ⁊ cõficiatur cũ melle dispumato: cuiꝰ dosus sit aur.ij. cum vino odorifero.

d

Escriptio alia de scoria ferri ꝯueniens ad debilitatẽ stõi calidi q.℞.myrobalanorũ kebulorum ⁊ belliricorum ⁊ emblicorum ⁊ radicũ lilij ⁊ rosaꝝ rubearũ ⁊ squinãti oĩuz ana ʒ.x. scorie ferri quãtũ oẽs medicine: infũdaẗ scoria septẽ diebus in aceto ⁊ coleẗ ab eo ⁊ frigaẗ sup frixorium ⁊ cõficiatur cum melle tabarzet: ⁊ sit dosis.ʒ.ij.s.cum sirupo de malis.

f

Scoria ferri decocta ꝯueniẽs ad debilitatẽ stomachi ⁊ caliditatẽ cõplexionis: cuiꝰ mixtio hec ẽ.℞.scorie ferri de bassari ⁊ myrobalanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ rosaruz ⁊ balaustiarũ ⁊ squinãti oĩuz ꝑtes eq̃les: buliãt cuz vino ⁊ dẽtur in potu de eo ℥.iiij.

e

